

Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « œuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.





D 61

NOTATA ANT. MERCATORIS



Ad libros Animaduersionum
Iohannis Roberti.



BITVRIGIBVS,
APVD AMBROSIVM BRILLARD,
SYB: SCVTO: ANCHORAE.

M. D. LXXXI.



14

219(1) - 1985.

— 1 —

10. *Urtica dioica* L. (Urticaceae) - Common Nettle
Common Name: Nettle
Habitat: Roadsides, fields, pastures, thickets, woodlands, and disturbed areas.



ANT. MERCATOR IOHANNI

ROBERTO s.

E G I libros tres Animaduersionum
quos triennio parturisti & edidisti nu-
per, de quibus quid sentiam si forte re-
quiris, Essent memorabiles si exissent
ante annos C C. serius editi non sunt memorabiles,
digni tamen mihi sunt visi adnotationibus, quod
subobscurores essent. quia nec tu in scribendo La-
tino sermone, nec in ratiocinando arte & sensu com-
muni uti voluisti, quodque in Dominum meum &
in veritatem ipsam rerum essent aliquantò impuden-
tiores immodestiorésque. Has ego si feci te inconsul-
to non est quod doleas: feci enim in rem tuam, pri-
mum ut ex obscuro clarior esses & suauior, deinde ut
via tibi pateret qua deerrabas si eam ingredi forte tan-
dem & capessere velles. hoc tantō dolere & queri po-
tes quod Lorarios adhibuerim qui in hoc opere mi-
hi suppetias ferrent, facerentque secundas. sed quid
egisse? non poteram solus tot sufficere animaduer-
sionibus, alij mihi fuerunt in auxilium aduocandi Do-
ctores. Verum senties me in his, etsi non sequi ter-
monem sensumque tuum vtrumque tamen adsequi

A 2

⁴
probè. Conuicia autem quæ Dominò ingessisti non
nisi parcè & districtè resequi, quia ea omnia tibi po-
tius te ingessisse existimauit eius vicem. Alius nisi ego
occupasse tecum egisset acerbius. ego me præbeo
clementiorem. Imo aliis forte transmisisset ad plu-
res. ego te incolumē seruo, & ita me Deus amet men-
tis & animi tui sanum esse percupio. Vale. Aua-
rici Biturigum, vii. Id. Octob.


CIO IC LXXX.



NOTATA ANT. MERCATORIS,

Ad libros Animaduersionum.

AD LIB. I. CAP. I.



Nou.xxi.

ONSTAR E ais condicionem, si non nuperit remitti lege Papia, quod tamē nullo auctore comprobare possis. Si nō possis, non cōstat igitur, nisi te solum vis haberi pro auctore locupletissimo. Nos qui id legi Iuliæ adscribimus, quæ Miscella appellata est, habemus auctorem Iustinianum in l. 2. & 3. C. de ind. vid. tol. &

Et mox legem Iuliā & Papiam ad quas multi Iurisconsulti libtos scriperunt probas duas esse leges ex interposito articulo. Et, perperam. nam eodem argumento legem Liciniam & Muciam de ciuibus regundis quæ vna lex est sic dicta a duobus Coss. tua exemplo qui volet efficiet duas esse leges diuer-
sas, itemque legem Liciniam & Iuniam, legem Iuliam & Titi-
am, legem Cæciliam & Didiam. Aut meliore argumento uti debuisti, aut prauo non debuisti rem certam incertam facere atque suspectam. Hoc enim genere veritatem quodammodo impugnas, nullo modo tueris. & inanis quoque est labor in comprobanda re qui sumitur notissima omnibus.

Falso quoque adseris Vlpianum in frag. tit. xiii. scribere lenocinium mariti lege Iulia puniri, quia id sane eo loco non scripsit.

A 3 Sequitur

Sequitur peritiae tuæ certissimum argumentum. Omne id quod est in l.adigere De iu.pat.ex §.vlt. referri debere ad legē Iuliam, cum certo certius sit totam eam legem vsque ad §.vlt. & alias quascunque similes quæ de Iureiurando loquuntur exacto a liberta vel liberto ne nuberet vel ne vxore diceret, esse de lege Aelia Sentia.l qui contra eod.l.pen.Qui & a quib, man.l.3. §. Si quis libertam. De suis & leg.her,idque te satis in scriptio d.l.adigere docere potuit.

Addis capiti Papiæ Poppææ legis a Tiberio Cæfare quasi sexagenarij generare non possent addito Claudium abrogasse, existimans ita apud Suetonium esse legendum. Verum disce si vis illa verba,a Ti.Cæfare, esse glossema tui similis cuiusdam. quoniam non hoc caput legi Papiæ Tiberius addidit, sed lex ipsa Papia sexagenariis, ut Seneca ait, fibulam imposuit, quod & l.pen.C.de nup.ostendit, & Vlpianus lib.Reg. dum ait Lege Papia in mare finitos annos L X. in femina L. iuxta Comicam veterem legem, Annos natus L X. qui erit si quem scibimus, seu maritum siue herclè adeo cœlibem scortarier. Cū eo hic nos lege agemus, inscitum arbitrabimur. Disce etiā huic capiti Claudium edicto abrogasse quod: S. C. Claudianū subsecutum est cuius eodem libro Vlpianus meminit illo loco, Claudio S.C.maior sexagenario si minorem quinquagenaria duxerit vxorem.&c. Et non Orationes tantum, sed etiam Edicta Principū solere S.C. sequi l.z.C.de ædif.priu.l.i.in quib. cau.pig.tac.con.coniuncta si ventri. §.i. De bon.auct. iud. poss. Denique illo Suetonij loco rectius alios legere,edicto, & nullum inquam legisse,addito.

AD C A P. II.



V o d cap.secundo prælato Iustiniano adseris legem Iuliam Miscellā dici a latore suo Iulio Mīcello, in eo maxime hallucinaris. nam neque Iustinianus dixit Mīcello sed Miscella, neque latorem intellexit cum dixit, ἀλλὰ ταῦτα διὰ τῶν προσδικηθέντων εἰς Ιελι. Minimæ εξουσίαν, sed legem ipsam ut paulo antc eum dixit, Ιελι. Minimæ ταῦτα διὰ τῶν προσδικηθέντων εἰς Ιελι. Minimæ εξουσίαν εἶπεν. εἶπεν διότι, non ποστεῖται

propter hanc ex quo efficitur Iuliam Miscellam non ducere nomen à Iulio Miscello. neque vero illa lex dicit nomen ab uno latore duplex, nec auctor dicere duos esse latores, Iulium & Miscellum, quia nulla fuit Romæ gens aut familia Miscella, & à latorum gentilitio nomine leges nomen accipere solent. quā obrem ut legem Papiam decimariam dicimus, & legē Iuliam caducariam aut vicesimariam aut iudicariam aut theatram à re qua de lata est, ita Miscellam similiter dici verosimilius est à varietate plurium rerum ac personarum vtriusque sexus, vt l.heres. §.vlt. De cond. & dem.l.3.C.de ind.vid.tol. vt Siculo Flacco æs Miscellum dicitur lex sive forma ænea à multorum agrorum modo multarumque personarum qui sibi acceptas defendunt numero confusæ in ea descripto, quasi miscella & confusanea lex, vt miscellam quoque & confusaneam doctrinam Agellius dixit qualis tua est, & tu ipse miscellio. Denique lex Miscella dicitur ut lex Satura, ὁ νόμος τοῦ περὶ χωρῶν.

Non videris etiam esse tuæ mentis cum subiicis legem Iuliam Miscellam viduis tantum remississe conditionem, Si non nupserint vel Si vxorem non duxerint quam moriçs coniunx imposuit. quia maior causa fuit remittendi eā virginibus quæ nondū legi Iuliæ paruerant quæ nuptias contrahi iubet quam viduis quæ paruerant semel atque iterum forte tertiumque. & verò si his remisit eam conditionē, & virginibus multomagis, quo d si ita est, relinquitur non ex lege Papia hoc ius esse ut t'audacter adfirmas sine vlo auctore, sed ex lege Iulia. Nec te mouere debet quod l.2.& 3.C.de ind.vid.tol.tantum loquatur de cōditione adscripta viduis iam ante nuptias expertis. quia enim maior in his erat ratio recipiendæ conditionis quam in virginibus, ideo fuit sane cur potius in viduis moneret lex eam conditionem non esse recipiendam, & quod his etiam relinquitur sub ea conditione pro puro legato habendum esse.

Eademque ratione quod d.l.2.& 3.loquantur de conditione adscripta coniugis testamento vel codicillis, non ideo existimādum est idem non esse in conditione adscripta extranei testamento, sed de illa potius egisse Iustinianum quæ imponeatur a coniuge, quod in ea maior videretur eius explendæ ratio subesse. Hoc tu non animaduertisti qui scribis legem Iuliam

liam pertinere tantum ad condicionem adscriptam a maritis, cum tamen l.i.eod.tit.dum ait, non remitti cōdicionem si non nupserit alij quam mulieri quicunque eam imposuerit, satis ostendat quicumque eam imposuerit mulieri remitti. itēque l.3.cum ait hanc condicionē. Si vidua vel celebs erit, quicumque eam imposuerit non remitti, ex contrario innuit eam quā de agimūs tamen siue a marito siue ab alio quolibet imposta sit, remitti lege Iulia Miscella, de qua nominatim agitur in d. l.3.quia scilicet illa cōdicione. Si vidua erit, viduitas non inungitur, sicut ista, Si non nupserit, sed datur legatur aliquid pro solatio domus imperfectæ vacuique cubilis, & statim atq; extiterit condicio, morte alterutrius cōiugis, legati petitio est & retentio, etiam si mox legatarius se alij iunxerit, quia cōdicio quā semel extitit non resumitur l. quidam De fid.lib.l.3. §. Stichus. De statulib.l. vlt. C. de cond. ius. Præterea Iustinianus ipse hac de lege Miscella tractans Nou. xxi. nominatim scribit nihil referre coniunx an extraneus eam legato conditionem iniecerit.

Quod subiicis, legi Papiæ legem Iuliam addidisse modum iurisurandi, vt non aliter quam de nuptiis contrahendis intra annum dato iureiurādo vel post annum præstita cautione Muciana ea conditio remitteretur, cōmentitium est. quis enim te docuit legem Papiam eam condicionem remisissē? Si nullum habes, vt non habes, quem proferas auctorem huius sententiæ, nec docere igitur potes huic remissione legē Iuliam modum addidisse. Et te Iustinianus refellit euidenter, qui hoc totum tribuit legi Iuliæ Mischelle hoc est remissionem cōdicionis sub modo supra scripto.

Ad hæc qualis sis nolo dicere cum negas tempore legis Iuliæ perlatæ nō esse verum quod interpres ille Nouellarum, cuius si non delingeres salem esuries tibi funderet latus, scribit nondum luctui seminarū præfinitū fuisse annum. nam quod doces præfinitos fuisse decem mēses, hoc non est docere præfinitum fuisse iam olim annum eundem xii. mensium scilicet qui erat tempore legis Iuliæ. Et si nescis, scias annum hunc luctui seminarum primos præfinisse Gratianum, Valent. &c. Theodosium l.2.C. de sec.nup.

ad libros Animaduert. I. Roberti.

AD CAP. III.



V M iam superiore capite legē Iuliam. Miscellam fecisses posteriorem & aliam a lege Iulia & Papia, hoc quia refellebat Clemens in l. 62. §. vlt. de cond. & dem. quæ est ad legem Iuliam & Papiam, qui ex Juliano etiam ad viduitatem iniunctam a marito eam legem pertinere docet, qua de re tu solus contendis fuisse Miscellam quasi legem quādam propriam, non etiam ad curam iniunctam liberorum impuberum, sicut ad legem Aeliam Sentiam quæ à patrono vetat iniungi viduitatem, idem auctor ex eodem Juliano cōiuncta ut opinor scriptura scripsit non pertinere curam quæ iniungitur liberorum impuberum l. pen. Qui & à quib. man. hoc, inquā, quia refellebat epigraphe d.l. 62. vt effugias quid comminisceris? Hanc scilicet epigraphen ad legem Iuliam & Papiam, non esse spestandam & magis illi adhærendū. Ad leges, quæ est in Indice Digestorum. quasi scilicet mēs huius & illius nō sit eadem. hoc ut quoqnomodo efficias, quid als: Legem Iuliam Miscellam quam ab his diuersam facis comprehendi sub ea inscriptione Ad leges. quod falsum esse coarguit l. vlt. de reg. Cat. quæ nouas leges appellat non alias quam legem Iuliam & Papiam, quæ non à die mortis ut regula Catoniana sed ex apertis tabulis diem legatorum cedere iubet. Hac verò ratione non animaduertis tē damnare innumerās inscriptiones legum explanatiū ita conceptas Ad legem Iuliam & Papiam quæ Ad leges cōcīsus in Indice. qui hoc animaduertit si vis scire quid de te sentiat, parcam tibi, pudet dicere, & rumor fortè iam ad te pertulit. Eandem vero esse legem Iuliam quæ Papiæ iungitur & eam quæ Miscella appellatur, etiam argumētum præstat. *¶* Digestoru antiquissimum cuius auctor est Dorotheus in l. vlt. De statu: qua dicitur ex lege nubente muliere cui seruus legatus liber esse iussus erat cum illa nuberet liberum fieri, quia scilicet potior est legato libertas. l. Titio vsusfr. §. vlt. De cond. & dem. nam Dorotheus eam nupsisse dicit ex lege Iulia Miscella. Vlpianus detracta appellatione Miscellæ hoc tribuit Iuliæ lib. Reg. illu loco, Qui quæne neutri legi pa-

B. ruerit,

ruerit, id est, qui neque cotraherit nuptias neque liberos procreauerit, quod perinde est ac si diceret qui legi Iuliæ & Papiae non paruerit de qua dixit paulo prius. ergo non est alia lex Iulia Miscella quam Iulia & Papia, sicut nec alia lex Iulia cæduaria quam Iulia & Papia. appellationes variæ sunt eiusdem legis variorum capitum indices, non variæ aut diuersæ leges. Et Miscellam appellationem esse, vt dixi, necesse est, cum non possit esse legis proprium nomen.

Probaremus autem libeter rationem qua hoc capite componis discidium quod esse videtur inter l. 14. De leg. & l. 22. De cond. & dem. si qua eius extaret ratio. At, vt ille ait, cuius rationis ratio non extat ei rationi ratio non est fidem habere. Nullam extare ita demonstro. In l. 14. inquis, vir vxori legauit sub condicione si non nupserit, & sub contraria condicione si nupserit eundum fundum ab ea per fideicommissum reliquit. In l. 22. extraneus mulieri legauit, &c. hoc casu fideicommissio mulierem non teneri, quia statim condicio habetur pro non scripta, illo casu uxorem teneri; quia condicio non statim habetur pro non scripta sed ita demum si ex lege Iulia Miscellæ iurauerit vxor vel cautionem Micianam præstiterit. Executius singula. In l. 14. vir vxori fundum legauit sub condicione si non nupserit, fateor, & sub contraria condicione si nupserit eundum fundum ab ea alijs per fidere reliquit. hoc nego, quoniam lex simpliciter ponit vxorem fuisse rogatam alijs restituere legatum. purum igitur fuit fideicommissum non condicionale. Verum si legatum ceperit intra annum vel post annum contractis nuptiis ex lege Iulia Miscella, quamuis id ceperit beneficio legis non ex iudicio defuncti l. Mulieri. De cond. & dem, tamen fideicommissio obstringitur, vt eam quoque cui condicio iuris iurandi remittitur quamvis non veniat ex iudicio defuncti l. i. §. ad eos. Ad leg. Fal. subiicit d. l. 14. Fideicommissariis teneri. At in l. 22. sub contraria condicione video & fateor relictum esse fideicommissum, atque ideo nubentem mulierem non obstringi fideicommisso, ne per fideicommissum illudatur legi Iuliæ relictum autem esse à muliere extranea, hoc nego, cum eadem ratio euitandæ fraudis obtineat etiam in vxore, & qui modus vxori datus est ad capiendum

ad libros Animaduers. Io. Roberti.

ii

dum legatum relictum sub condicione viduitatis, idem etiam sit datus cui libet mulieri lege Julia Misella, ut docui capite superiore. Proinde siue vxori siue extraneæ mulieri sub ea conditione legatum relinqnatur, ex ea lege condicio remittitur non quidem statim, sed ita demum si iurauerit vel cauerit ut lege prescriptum est intra annum vel post annum.

Quod autem l. 22. adiungis l. 72. §. rescriptum eod. tit. etiam improbamus. nam neque ullus in ea lege est §. rescriptum neque ullus qui eadem de re loquatur.

AD CAP. IIII.

 Neum qui in l. si sterilis §. quamuis. De act. emp. probat magis Flor. quam vulgarem scripturam tela accipis ab obseruatorem & immemor ingratuusque ei mox insultas quod probauerit emendationem Philandri in Lemmate totoque contextu cap. xv. Plinij xij. imo quod falsò, ut ait, eius emendationis Philandrum fecerit auctorem. at disce hoc Philandrum scribere in Vitruuij cap. iij. lib. viij. & Obseruatorem qui nouerit neminem esse qui nesciat nunquam ignorantia pudore mentiri neque vero ullum tale mendacium in eius operibus inueniri posse. Quod si Philandro fidem derogas, disce & derogare te ipsi Plinio qui eidē capiti libro primo hūe titulū ad scribit: De Atlāticis arborib⁹ & citreis, ut vulgo est expressū, & ut in manuscriptis legi, De citrea arbore. De citreis mensis. Imo & illo capite libri manuscripti habent; Plurima arbor citrei & mensarum insania. Laudatissimum dedit citrum. quam scripturā in eo c. locus de mēsa Ciceronis collatus cū Tertulliani qui eam mēsam orbem citri appellat lib. de pallio, quod tibi non libuit attendere, aperte confirmat. nec foliaturæ eu pressi cum cedro, nō citro, ut supplex de tuo, similitudo q̄tidquā facit. nec enim cupresso dicitur simpliciter supradicto c. similia folia citrus habere, sed cupresso sylvestri ac feminæ, nō domesticæ, non mari. & possit omnium similis foliatura esse.

Et hæc dū tractas etiam es valde suavis cū de cedro apud Vitruuum illum locum, Arbores autem eius sunt similes cū

B. 2. presleæ.

11. Notata Ant. Mercatoris

presseæ follaturæ; ita Philádrum emēdate scribis, Arboris folia cedri sunt cupressini similia, nam Philáder emendat tantum arboris pro árbores. perspicue. Cetera ponit pro interpretatione, Folia, inquit, sunt cupressini similia, verbo inquit, sati demonstrans se interpretari illa Vitruuij, Arboris eius sunt similes cupréssæ foliaturæ.

Eciām es valde suavis eodem capite cum aurichalcum scribis scribi vitiosè prò orichalcum. quæ ars quæcū facultas te huius rei arbitrum fecit? aut nulla sane aut literatura. Huius non esse te compotem satis nimiumque stylus tuus prodit & penuria quæ vt fertur te coegit à pædagogo tuorum nepotum emendicari harū animaduersionum προσφώνηση καὶ κολοφῶνες in quibus tamen quot periodi tot barbarismi. Et vt non es huius artis compos, ita non debuisti huius rei suscipere arbitrium. Aurichalchum dixere auctores nostri maxime nō quod esset ex auro & ære mixtum. nam hoc si existimassent, vēditionem aurichalci pro auro valere dixissent, quia auri aliquid haberet l. 14. De con.emp. sed æs quod auri colorē & splendorē habet quodūe auro simile esset, quod longo iam tempore non reperiri effeta tellure Plinius ait xxxvij. Sed ex eo scilicet restabat tamen species aut massæ & fragmēta plura. & in d.l.14. & l. 9. eod. si æs pro auro veneat. j. si aurichalcum quod auro simile est, vt similiter d.l. 9. subiicit de plūbo vel stagno quod argento simile est & pro argento veniit. Es igitur pro aurichalco Vlpianus in Supradictis legibus atque etiam alibi posuit, vt & Lucretius v. qui æs auro olim scribit fuisse pretiosius, quod idem de aurichalco alij auctores. Rustici orichalchum dicebant vt orum aurum, & oratam auratam.

AD CAP. V.



A P R T E quinto premis vestigia obseruatoris, sed tuo pede varo nō suo. Nam mendum quod is detexit inesse l. licet de usufruc. leg. quam tu perperam bis iterato nomine vt soles sine dele- ctu deuti verba nominaque omnia, Iuliano tribuis, cum sit Iunij, tu ipse agnoscis quidem iisdem quibus ille

ille rationibus v̄sus, sed id vis corrigi tuo arbitratu non suo, cum illo emendante, Nec tantum, tu mauis, Tunc tamen. Videant lectores utrius iudicio magis standū sit. ille ut emendat, hic est sensus. Etiam expressim vsumfructum repeti posse, ita scilicet ut & post capitinis deminutionem debeatur, idque Imp. Antoninum rescripsisse vsumfructum scilicet non tacite tantum, ut si legetur in annos singulos quod genus legati quis non videt esse tacitam non expressam repetitionem, sed etiam expressim repeti posse. qui etiā est sensus l.3. quib. mod. v̄susfr. amitt. & l.8. de annuis legat. cū ait, Vsumfructum sicut in annos singulos legari potest ita & expressim posse repeti. In aliis scilicet causis plerisque tacitè quod licet expressim non licere, in hac vtrumque licere. Tu ut legis, hic est sensus, Licere expressim vsumfructum repeteret, idque Imp. Antoninum rescripsisse tunc tamen cum in annos singulos relegaretur. In hoc sensu cuiusque verbis controuersia inest, perinde enim est ac si dices, Plane, licet expressim, sed ita tamen si tacitè relinquatur, putā in annos singulos quo nihil est ineptius. Nihil etiam quam dicere, his verbis, in annos singulos, expressim vsumfructum repeti, & adiicere hanc rationem quam adiicis, quia hoc actum sit, quod perinde est ac si dices, expressim repeti quia tacitè repetitur. Expresso enim opponitur, id quod agitur l. cum quid de reb. cred. vel quia addis, id agi ipsa verborum expressione, si vis id agi expressim non tacito intellec̄tu, perinde est ac si dices, petito principio, expressim repeti quia expressim repetitur, aut si vis id quasi expressim agi quod ea verba, in annos singulos, eandem significationem habeant quam hæc expressa, Quotiensque amissus v̄susfructus erit eundem v̄susfr. relego, aut restitui volo, non ideo dici potest expressim repetitus l.68. De her. instit.

Quod præterea in Observatorem, emendationem eius imperfectam orationem facere quæ facit maxime perfectam tota lex si legatur uno spiritu, in eo plane demonstras te sensu vacare communi.

Itemque in eo quod his verbis l.5. Quib. mod. v̄susfr. amitt. Repeti potest legatus v̄susfructus amissus qualicunque ratione significari existimas quacunque verborū cōceptione repeti le-

Notata Ant. Mercatoris
gatum vſusfructus posse, cum de amissio vſusfructu quacūque,
ratione loqui eam legem plusquam manifestum est, puta ca-
pitis minutione, aut tempore, aut non vtendo, aut rei muta-
tione, dummodo non morte vt subiicit, excipiens mortem,
solariā qualicunque ratione vſusfructus amittendi.

AD CAP. VI.



T iure vel iniuria quantum in te est, quod nun-
quam obtinebis, conuellas quod docuit Obser-
uator esse legendum: sed non in publicis quoque
iudiciis, &c. cum antea ineptè bis repetaretur ini-
cio l.29. De statulib. Et ideo, & falso quoque pro-
deretur in publicis iudiciis statuliberos vt seruos puniri, illius
minime refutata sententia in contrarium tuam veluti è tribu-
nali quodam quasi supremus iudex cui potius standum sit ita
pronuncias statuliberos tibi videri in publicis iudiciis vt ser-
uos esse puniendos, in priuatis vt liberos, stulti iudicis, vt est
in prouerbio, stulta sententia quam non animaduertisti satis
abundequa refellere d.l.29. dum ait, *Quod ad actiones ex de-
lictio venientes statuliberos eiusdem conditionis esse cuius ce-
teros seruos.* Nam delictum etiam ipse dicis priuatum deli-
ctum esse non publicum & sic eo loco fateor delictum accipi
specialiter, quod alioquin generaliter accipitur pro priuato &
publico, vt in definitione pœnæ tradita ab Vlpiano, & in Ti-
tulo Si aduersus delictum, vel specialiter pro delicto publico
tantum non priuato, locis innumeris. nam genus & de omni-
bus dicitur & de singulis speciebus. & ita in l. statuliber. De
quæstion. statuliber in delicto repertus. j. in publico delicto,
quia lex est ex Modestini v 111. Reg. cuius libri maior pars est
de publicis delictis, & in lib. Digestorum xlvii, qui totus
est de publicis delictis, vt qui antecedit totus est de priuatis,
ad quem eam legem ablegas cum vis accipi de priuato deli-
cto nec interea animaduertis te sic acceptam prorsus facere
contrariam d. l. 29. quam tractas. Neque verò dices, Si in pu-
blicis iudiciis statulibéri sunt puniendi, vt liberi vt ait d. l. sta-
tuliber, ergo torquendi non sunt. atq; in hoc falsum est l. edi-
tum.

Etum §. vlt. eod. Tit. ergo & illud. nego enim hoc esse falsum, nego statuliberos torqueri posse, cum nec iij quibus fideicommissaria libertas debetur qui statuliberi locum obtinēt l. non tātum §. cui per fid. de fid. lib. temere torqueri possint l. is cui De quest. Excipio tātum crimen adulterij, in quo ut illud iure singulari receptum est ut serui torqueantur in caput domini, ita hoc ut statuliberi torqueantur, quia, ut Pap. ait quodam loco, nō facile tale delictum sine ministerio seruorum admitti creditur. nec enim in alio crimine idem admitti usquam inuenies. Ac præterea l. moris. §. xl. De poenit. cuius tū nullam rationem habes, quæ est de poenis publicorum iudiciorum definit statuliberos ut liberos esse puniendos. Etiam non dicas ideo in publicis iudiciis statuliberos esse puniendos ut seruos, quod seuerior sit iudiciorum publicorum exercitio. Seuerior quidem est, si reus testibus aut argumētis quamplurimis oneratur non aliter. alioquin plerique innocētes durius haberentur. quod esset iniquissimum & it in his causis sāpe mora melior, & ut alijs Poëta ait Nulla vñquam de morte hominis cunctariō longa est.

Ridiculum etiam est quod in extremo eius capitibz scribis quod ad ius publicum attinet non sequi ius patriæ potestatis ex l. 4. Ad Treb. quid enim ex eo inferas, non video, nisi hoc, quod ad criminā publica attinet non sequi ius potestatis quā heres habet in statuliberos. quo argumento non efficitur statuliberos in publicis iudicis puniri ut seruos, imo puniri ut liberos. Sed & hoc quoque prauē.

AD CAP. VII.

N §. j. eiusdem legis, hoc capite supprimi fateris sententiam Q. Mudi, sed eam quam tu adfers non quam ille quem te non respiciēs temeratorem vocas pridem attulit. qui si forte tuam attulisset, proculdubio suam fecisses tuam. verum age videamus quā Mucio sententiam imponas. Seruum, inquis, manumissum sub condicione si heredi x dederit, dando decem heredi scripto qui agentem petitione hereditatis eum qui se ab intestato heredem

cedem esse aiebat superauit, non peruenire ad libertatem, hoc
cine audes imponere Q. Mucio liberum non fieri eum qui
impleuit voluntatem defuncti, qui ut defunctus voluit condi-
tioni paruit in persona heredis scripti, heredis veri, heredis
pronuntiati eo contradiicto iudicio? quis nisi desipit mentis hanc
sententiam tribuit aut tribuerit unquam Q. Mucio? Etiam
heredi scripto cui fit contronensis hereditatis soluitur recte. I.
vlt. C. de pet. her. Cur & in eius persona non implebitur con-
dicio recte? & multo magis cur non ei qui vicefit soluetur re-
cte? Et ea tamen tibi sententia data, ut dialectici loquuntur,
non concessa, quid ex ea effici? Scilicet multominus liberum
fieri eum qui dedit x. heredi scripto quem heres legitimus sup-
petauit. Scilicet ex antecedente manifesto falso conclusionem
veram effici. quod dialectici ex necessitate negat effici posse.
vera etiam per se illa conclusio non est omnimodo, si heredi
scripto statuliber dederit ante rem iudicatam falsa, si postrem
iudicatam contra heredem scriptum, vera. Suave est quod
subiungis. Verum heredem qui vicit est non haberi pro he-
rede quia res iudicata pro veritate habetur, & mox falsum he-
redem qui vicit, non haberi etiam pro herede. qua in re con-
trouersaris tibi ipsi. nam posteriore casu heredem falsum qui
vicit non haberi pro herede nihil aliud est quam rem iudica-
tam pro veritate non haberi. At si priore casu pro veritate ha-
betur, cur non & posteriore, vel si non posteriore, cur no etiam
priore? hunc locum amet qui volet cognoscere peritiam ra-
tiocinandi, hoc est idiotismum tuum.

Eiusdem generis est quod subiicis, Verum heredem qui post-
quam heres extitit vicit est non definere esse heredem. quod
est omnino falsum. nam & verus debitor si absoluatur, tametsi
natura non definit esse debitorem I. 8. §. j. rem rat. hab. definit ta-
men debere iure ciuili. Ergo & heres qui non alio iure fit he-
res quam iure ciuili definit esse heres si pronuncietur non esse
heres, quia res iudicata pars est iuris ciuili, vel Cicerone au-
tores, & ius ciuale contrario iure ciuili tollitur. & sic querela
in officio testamenti quae ciuilis actio est si contra heredem
pronuntiatum sit, defunctus qui iure testamentum fecit testa-
tus esse & heres qui adiuxit heres esse definit, quia haec senten-
tia

tia ius facit, duobus tantum casibus exceptis qui proponuntur in l.14.de appell. Item capit is deminutione maxima etiam definit esse heres qui semel extitit l.ex facto. §.vlt. de her. inst.& lege Iulia testatore post mortem damnato perduellionis §.per contrarium Instit.de her. quæ ab intest.def.

In eodem §. j. perperam te legere , vt vulgo , si ipsi heredi scripto x.dedisset, Flor. & $\tau\delta\omega\lambda\alpha\tau\sigma$ Dorothei coarguit, qui nō agnoscunt. Illa verba heredi scripto. Ipsi igitur id est heredi legitimo, quoniam tota lex heredem legitimum viciisse ponit, preterquam eo loco , secundum eum sententia dicta erat qui testamento aiebat se heredem esse , quo Observator emendauit, Qui lege aiebat,&c. in id compellente lege ipsa, quæ sæpius inculcat viciisse legitimum heredem, sicut initio, si Andronicus x. dederit, idē emendauit x x. quod & $\tau\delta\omega\lambda\alpha\tau\sigma$ probat , quia in sequentibus bis erat scriptum x x. Hoc vero tu non obseruas, quia non cuiilibet datum est obseruatori esse, non certe vacuo capiti, aut si quis obseruet etiam quid obseruet quaque ratione comprehendere nequis. quamobrem & in his verbis enarrandis, sed verissimum,&c. quæ ponunt nominatim legitimum heredem viciisse tu quasi errans inter orum & solem ponis viciisse heredem scriptum.

AD CAP. VIII.

AP V T est insigne originatione noua emptionis, quod per eā id quod emo fiat $\iota\mu\delta$ quæ emptioni cōuenire non potest quia emptione res non fit mea l. qui tibi C.de her. vend. nec qui mihi vendit cogitut eam facere meam l. j. De rer. per. quamuis id agatur vt fiat mea.l.pen. §.vlt. De cont.empt. Et si vera ea originatio est cepit igitur ab origine sua cum primum ea vox in vsum venit. Atqui tum nō aptabatur ad mercium comparationem sed ad acceptancem sumptionemque quamlibet, veteribus dicentibus emere, pro sumere, nec omne quod sumerent sumentibus dominij adquirendi causa. Ergo in seita planeque tui capitis ea originatio est, aut in verbo sumere licebit idem tibi etiam comminisci quasi sit suum facere, ubi & sumere vici-

C sim

18 Notata Ant. Mercatoris
sim didiceris accipi pro emere ut apud Ciceronem Quanti
ego non aestimo tanti sumpsisti, & Horatium, Quæ paruo su-
mi nequeunt obsonia.

Insigne etiam aliis plerisque nūgis, puta cum emendi ver-
bum ut ostendas pertinere ad omnia genera adquisitionum,
id confirmas ex metaphoricis locutionibus quæ ad eam rem
confirmandam nihil attingunt, quas etiam miser & egenus
sumis ex Calepinis pontibus, ut dicitur, asellorum. Et cum ex
Homero idem quasi Homerus scilicet usus sit emendi verbo.
Cum & verbum vendere complecti vis omne genus aliena-
tionis, id quod uno verbo si negauero vincam non esse verum
& consequenter nec verbis emere significari omne genus ad-
quiriendi dominij, nam reciprocorum eadem esse debet ratio.
Stultius etiam est confundere venditoris & emptoris vocabu-
la ita ut inuicem statuas ea posse commutari ut sit unus idem
que emptor rei & venditor pretij, unus idemque emptor pre-
tij & venditor rei. Non dicam Paulum in l.j. de rer. perm. scri-
bere alium esse emptorem alium venditorem, aliud precium,
aliud mercem, sed dicam quod latet in tuo nomine a te aucto
nuper afflatus uno haec scripsisse te bruto hereritem asino quasi
Silenum scilicet vel Anselmum *καρθαροδηματι*. Dicā etiā in l.
qui fundum §. qui bona Pro emp. quam profers non eum qui
est venditor homini's, emptorem dici quasi sit emptor pretij,
sed eum qui emptor est hominis venditorem dici quod ipse
postea eundem hominem alij vendiderit. Et quod Plautus ait;
inimicum mihi emi, amicum vendidi, nihil prorsus ad rem at-
tingere quia non eundem simul dicit se emissi & vendidisse
sed alium emissi, alium vendidisse. Ac preterea in iure actio-
nem ex empto dici ex vendito quādoque & cōtra *καρθαριπ*;
quia integra appellatio est, actio ex emp̄to vendito. vel ex ven-
dito emp̄to. I. multum De her. vend. l. & si uno De aet. empt.
sicut aetio ex locato conducto & ex conducto locato l. vlt. §. j.
ad leg. Rhod. Disce tandem & vel hoc te didicisse confitere,
in ceteris ut soles iam tibi usurpatione longa, quæsita licentia
quæ ab eodem didicisti venditandi protuis, non abrogata, di-
scē emptionē tātum dici de ea quæ sit pretio numerato l. 19.
§. pen. De ædil. edic. sed ex sententia legum facile eam appel-
lationem

lationem trahi ad permutationem quæ vicina est emptioni.
 l.2. De rer. per. quæ instar est emptionis, vt Valentianus ait in
 Nou. de conf. iis qua adm. &c. & facilius ad locationem con-
 ductionem, quæ iisdem regulis iuris constat & sicut emptio,
 & ipsa sine pretio non consistit. & nudo cōfensu perficitur l.2.
 Locat & quod est difficilius ex eadem sententia legum ad alios
 contractus aliasue alienationes & causas quascunque adqui-
 rendi dominij retradita à domino, vt l. 29. De statulib. non
 quidem vi ipsius verbi. sed ex sententia legum, vt dixi, & in-
 terpretatione iurisconsultorum, quibus solis vt solent licet
 augere significationes verborum, non ergo tibi qui ne pilum
 quidem prudentia aut consilio habes nam antecessorem quæ
 lem te esse fers in fronte harum animadversionum simul ac
 consiliarium regium, has inter se dignitates ita distinguimus
 vt consiliarium quidem agas sicut tempora fluunt, antecesso-
 rem ludas & antecessorem Aurelianum, quoniam ciuitas tua
 in monumentis, & numismatis antiquis Aurelianis vocatur,
 non Aurelia nec Aurelium igitur nec Aurelianensem. Et quod
 ad præsens quidem caput attinet insignitum tot maculis, vale.

Imo nondū vale, nam monēdus es regulam Vlpiani initio
 huius capituli perperam à te referri ita scilicet, vt in ea pro vñ-
 capiatur legas suscipiatur, quam lectionem esse vitiosam do-
 cebit te obs. xiiii. c. xvi.

AD CAP. IX.

VÆ. dixi superiore satis refellunt quod traditum
 hoc capite l.20. de a&t. emp. hoc velle veteres pro-
 miscue vños esse emptionis & venditionis appellati-
 onibus, satis refellit vñus ipse veterum qui his
 appellationibus nunquam abutuntur, sed aliam
 ab alia semper custodite secesserunt. Quod autem Observator
 ait hunc esse d.l.20. sensum veteres appellationibus emptionis
 & venditionis promiscue vños esse tam in emptione & vendi-
 tione quam in locatione & conductione & in l.seq esse legen-
 dum, id est, & in locatione & conductione id tu simpliciter
 improbas hoc modo. Immutat, inquis, verba legis sequentis

C 2 contra

contra omnium exemplarium fidem temere & inaniter. Conta omnium exemplarium fidem, fatetur Observator, ac preterea adfirmat apud alios auctores s̄apē & vno maxime loco apud Sallustium vexato multum, & in iure idem medium insidere aliis septem locis. quod & ex his vel vno vulgus interpretum agnouit in l.30. in fine De act. emp. In quo Pisani tamē habebant, Idem est, & quo frequentius, id est, eo facilius virgente re, veritate, vsu veterum, notare id se debuisse ait, in d. l. 21. virgente etiam maximē inscriptione l.20. quæ cum sit de publicanis qui conductores sunt publicorum conuenienter ei subiecta est interpretatio huiusmodi, id est, & in locatione & conductione. Addis, temere quod ille stulto facile condonat. Et inaniter, quasi verba eo modo immutata eum sensum non referant, hoc non condonat sed te ad plagosum aliquem grammaticum ire iubet qui te pretio tuo doceat quæ sit in quaque oratione necne apta structura verborum.

Quod autem ille probat veteres promiscuè supradictis appellationibus vti, ex Scœuola primum in l.liberto De annuis leg. Id ita eludis ut dicas nescio quo ore illum in d. l. liberto colonos & emptores fructuum eosdem esse interpretari, quod ille nunquam scripsit. Emptores tantum scripsit esse redemptores & conductores fructuum, quia de iis emporibus Scœuola loquitur, qui quotannis prædiorum dominis redditum certum inferunt non de his ut tu comminisceris qui semel vno pretio fructus emunt. Et coloni qui essent, nihil ad rem pertinere arbitratus interpretari noluit.

Deinde quod ex Hygeno & Festo & potuisset etiam probare ex eo quod veteres mercenarium militem emptuum appellarunt, id fieri aīs vel quod mancipes qui nihil aliud sunt quam publicani siue conductores publicorum alia conducebant alia emerent. Quod in alio negotio essent emptores scilicet, in conductione etiam dictos emptores. Fac in alio negotio esse creditores. an ideo & in conductione dicentur creditores: nugaris, sed nugari tibi libet magis quam breuiter & destrictè confiteri veteres promiscuè vti emptionis & venditionis appellationibus etiam in locatione & conductione. Vel id fieri aīs tantum in his negociis & contractibus quibus & venditione

ditio & locatio simul vel ut ipse loqueris coniunctim contrahitur. Id est qui venditiones locationes, emptiones conductiones sunt, qualia negotia rerum natura non nouit. Non certe id quod pro exemplo adfers, Si in plures annos vel in perpetuum fundus fruēdus detur certo pretio, quod emphyteusis est sive locationis species quādam propria non venditio, nec venditionem esse probat l. nec emptio. De cont. emp. dum ait fructus futuros recte emi quia non fructus plurium annorum intelligit, sed fructus hornos, nec item altera quam adfers l. cum manu. §. Sylua eod. quæ de sylua cædua loquitur vendita in quinquennium quod quidem temporis spatium etsi pluribus annis constat tamen pro vno anno habetur l. fructus. §. quod in anno Sol. mat. quod non nisi quinto quoque anno fructus ex sylua cædua perciperetur l. vlt. C. de seruit. denique ut vnum idemque negotium sit venditio simul & locatio fieri non potest non magis quam ut vnum aliud quocunque negotium sit precarium & commodatum vel mutuum commodatum simul. Et his quæ tibi Observator indicavit verbis Hygeni, Qui superfuerant agri vestigalibus subiecti sunt alij per annos quinque (sic legendum) alij verò mancipibus ementibus. I. conducentibus in annos centenos, plures verò finito illo tempore iterum venduntur locanturque, quibus similia fere sunt illa Siculi Flacci, subseciva per singula lustra locare soliti, per mancipes redditus percipiunt, alij in plures annos, his inquam, verbis non significatur, duplex negotium quod & venditio locatio sit & emptio conductio, sed locatio conductio tantum quæ & venditio emptio à veteribus dicitur ut nominatim Festus scribit Censorum locationes olim venditiones dictas. His etiam verbis Festi, Manceps dicitur qui quid à populo emit conductiue, conductio tantum publicorum *in væpænâs* significatur quam mox etiam vno verbo emptionem vocat dum ait, quia manu sublata significat se auctorem emptio his, quod si nescis Ciceroni est digitum tollere, Plauto suo articulo emere.

Et inter ea tamen tibi ipsi contrarius non negas ex similitudine venditionis emptionis & locationem conductionem venditionem emptionem dici, quod est verissimum, & re-

demptores conductores, redimere conducere. nescis vbi consistas. Idem fateris idemque negas.

AD CAP. X.



Tiamne locationis & cōductionis appellationibus
vis promiscuē & *καταχρημάτεροι* iuris auctores uti?
vnde id probas aut quomodo? quia, inquis, ab eo
cui loco insulā ædificandam & vicissim cōduco
operas. Sum igitur in eodem negotio locator &
conductor. Et contra qui conduit insulam ædificandam mihi
locat suas operas. Est igitur in eodem negotio conductor &
locator. Id totum nego atque pernego. Perinde enim hoc est
ac si negotium, do ut facias verteres in Facio ut des quod non
possis sine confusione vtriusque negotij & iniuria iuris aucto-
rum qui accuratè separant alterum ab altero adeo ut ex hoc
denegent actionem præscriptis verbis, non etiam ex illo. Ergo
nec possis etiam negotium ita gestum, Do tibi C. ut mihi insulam
ædifices ita conuertere, Aedifico tibi insulam ut mihi C.
des, quia ut recte Doctores nostri docent, seruanda non per-
uertenda est ratio ineundi contractus. Si ergo dedi tibi insulam
ædificandam, tu suscepisti, ego qui iniui contractum sum
locator non conductor, tu conductor non locator. Contra vi-
ce mutata si tu te mihi vltro vtendum dedisti ad insulam ædi-
ficandam, ego suscepit, tu es locator non conductor, ego con-
ductor non locator. Et similiter si tu nauem mihi vtendam
dedisti, ego suscepit, tu locator es non conductor, ego con-
ductor non locator. Contra si ego tibi dedi merces vehendas ego
sum locator, tu qui suscepisti conductor non locator, eadēque
ratio interuenit indistincte & semper in casibus omnibus ut
docet Obs. II. & III.

Ac præterea conuēntio hæc, Aedifico tibi insulam aut in
ædificandam eam præbeo tibi meam opibam, ut mihi C. des,
neque locatio est neque locationi simile negotium quia om-
nis locatio incipit a verbo Do non a verbo Facio. alioquin articulus
Facio ut des esset similis locationi non minus quam
articulus Do ut facias & ex vtroque daretur actio præscriptis
verbis

verbis quam tamen constat non dari ex articulo. Facio ut des l. naturalis §. quod si faciam de præf. ver. & dari ex aliis articulis, ex Do ut des quia simile venditioni negotium est, ex Do ut facias, quia simile locationi. ex Facio ut facias, quia simile mandato. Ideo igitur nō dari ex Facio ut des, quia neque locationi neque vlli alij negotio ciuili simile negotium est. Vnum tantum locum habes in iure quo videris haud nihil efficere posse, eundem qui conduxit insulam ædificandam & locare suam operam in l. item si pretio §. cum insulam Loc. quo tamen si penitus inspiciatur non conductor sed artifex dicitur locare suam operam. nam qui conduxit insulam ædificandum, fieri non potest ut & locauerit suam operam, sicut nec qui locauit ut conduxerit, quia naturaliter harum rerum quæ sunt ad aliquid, ut Quintil. loquitur inter se pugna est ut nec possint ex causa vna in vnum cadere subiectum. Ceterum d. §. cum insulam ut comprehensione rerum breuis ita suboscurus est. Regula est locationem dominium non mutare l. non solet. Loc. id est locatorem non transferre dominium in conductorem, quam Paulus in d. §. cum insulam docere voluit vitiari uno casu non si quod proponit initio insulam ædificandam locauit ut sua impensa conductor omnia faciat, quo casu non locator cuiusquam rei dominium transfert in conductorem, sed conductor in locatorem, puta dominium materiae ut l. 39. De rei vēd. quia superficies eius fit cuius est solum, nec quidquam fit aduersus superiorem regulam, sed ex diuerso quem casum nobis cogitandum relinquit plus sentiens minus scribens Paulus more suo morosissimo, si artifex locauerit operam suam in insula sua impensa & sua materia ædificanda, quo sane casu locatio est non venditio materiae l. 20. De cont. emp. & tamen vitiata superiore regula eorum quæ impenduntur dominium a locatore transfertur in conductorem. & hæc est mens Pauli in d. §. cum quidam: ac si dixisset, Et tamen locatio est non venditio etiam si artifex inierit contractum. locat enim suam operam non materiam vendit.

Ad hæc cum statuis, locatorem esse eum qui quid alteri certa mercede faciendum vel fruendum vel operam præstat, & conductorem qui suscipit, in eo primum peccas quod eum qui

qui iuit contractum operam præstando quod est faciendo locatorem facis quia ut supra luculenter ostendi verbum Facio nunquam initium dat locationi, itēque in eo quod frustra addis. Certa mercede, quod neque Paulus addidit in d.l.item si pretio. §. 1. sed simpliciter dixit, Quotiens faciendum aliquid datur, locatio est, nec item obseruator cum locatorem scripsit esse eum qui dat aliquid vtendum vel faciendum, conductorem qui accipit. quia differentiam tantum explicare voluit locatoris & conductoris non substantiam, quales essent non qui essent.

AD CAP. XI.

 N hoc Capite, parcat mihi grauitas tua Domine Iohannes, falso adseris Dominum meum scribere l. 21. Loc. esse loco mouēdam & insulsè postulas. quas igitur alias ei sedes det, qui nominatim agnoscit eam esse intermedium legi 20. & 22. & interie&tam verbis Pauli quibus dato casu siue exemplo Paulus docuit interdum μονοτάχης & ex parte duntaxat. locatoris non etiam conductoris actionem ex Locato conducedo dari & quasi interpolationem esse, prætereundam si quis modo velit a Paulo casum propositum quo id contingit facile percipere. Falso quoque adseris eundem existimare nō alium casum posse dari quo idem contingat, cum det nominatim alium ex Basilicis. Stultissimè omnium hominum. Securus existimationis tuę neque legem Remniam neque Corneliam metuis. Præterea negas finem l. 20. cum initio 22. coniungi debere. qua ratione vero? id, inquis, ego nō admitto. Iohannes ut nō admittas iuxta Bacchilidem πλευρα κιλαθο. Ut hoc tuum non admittere pro ratione cuiquam probes nulla via consequere. nos facile consequemur ut coniungantur argumento ducto. ex eo quod utraque lex sit ex Pauli XXXIIII. ad Edictum quod bene cohæreat initium huius illius extremo, quōdque nisi eas coniunxeris facturus sis μηδεπ ακτιφαλον. Ratio autem interserendæ l. 21. est evidens, nimirum ut intelligemus in casu a Paulo proposito, pretio soluto mercedis nomin

ne ex

ne ex locato actionem esse pro portione tantum temporis quo
premium solutum non est.

Negas item Observationem illius quæ veluti suo corpori membrum ferruminatio, ita l. 20. agglutinat l. 22. quæque reponit initio l. 22. Id est pro item, quo mendo nullum est frequentius in Digestis, negas, inquam, effici sensum quem ille voluit quo nomine quid iubeam aliud quam quod superiore capite ut te celerrime proripias ad Orbilium aliquem cui scep- trum frangas.

Ab his transis ad deteriora & ais, d. l. 20. his verbis Veluti cum emptor fundum cōducit donec premium exoluat etiam si nihil aliud addatur satis exprimi casum quo claudeat locatio & conductio, & cōductor scilicet obligetur non locator, quia, vt ais, duo sunt in vnum commixti contractus emptio & conductio, quod totum ineptum & vitiosum est, quandoquidem his verbis plusquam manifestum est vnum tantum contractum significari, locationem & conductionem, non duos, emptionem & conductionem, & vt sint duo, separatos tamen esse non commixtos. etiam si eodem momento habitu sint, quia freri vtriusque commixtio non potest sine interitu alterutrius vel potius vtriusque. Tu ipse eos etiam si bene tua verba mixobat- bara percepi, intellectu separas, separas scilicet intellectu qui & re ipsa non possunt non esse separati.

Duo denique in hoc primo libro contractum mōstra pro- ducis quasi circulator pro miraculo. Cap. i x. contractum qui sit venditio simul & locatio quasi animal quod sit & homo simul & simia. Hoc capite cōtractum qui sit commixtus & concretus ex venditione & locatione quasi ex vi hominis & simiae tertium animal quoddam. Lorarij efferte lora.

His quod adiungis claudere obligationem locati & conducti si emptor fundum conduixerit donec premium exolueret, quasi solo conductore obligato, vitio ipso vitiosius est, nam si locator interim ex conducto conductori non tenetur ut pre- stet fundo frui licere, quæ ratio est vt tamen ex locato locato- ri conductor mercedem prestare teneatur? quæ ratio soluere mercedem si re neque vtor neque fruor? An quia merces cedit in vicem pretij? vt Bartolus ait? Minime vero, quia contractus

hic est a venditione emptione separatus , locatio & conductio
 in quo de emptionis venditionis pretio nihil agitur sed de lo-
 cationis tatum pretio siue mercede . nec his vebis , donec pre-
 trium exoluat , de pretio quidquam agitur , sed finienda tantum
 locationi modus statuitur . item quia si merces esset loco pre-
 trij & cōsummata plurium annorum merces æquareret pretium ,
 nulla pretij petitio superesset . quod tamen est falsum , quia
 vtrumque debetur precium ex emptione & merces ex loca-
 tione pro rata temporis quo solutum pretium non est l. 21. ac
 preterea si merces superaret pretium , quæso quid mercedis
 superfluo fieret quæ iam æquauit pretium ? an deberetur loca-
 tori ? & quo iure deberetur ? sane aut non deberetur superfluum
 mercedis , quod nemo dixerit , aut iure locationis deberetur ,
 atque ita deberetur merces modo iure venditionis quasi pre-
 trium fini conuentionis habitæ de pretio modo iure locationis
 quasi merces quam eiusdem pecuniæ functionem variam &
 mutabilem quis sanus admittat . Paulus etiam Castrensis quo
 vsus es in hac re , quique rationem illam Bartoli improbat , in
 idem vitium incidit cum scribit non cedere quidem merce-
 de in locum pretij ut Bar . existimat sed in locum usurarum
 pretij . quarum vero usurarum ? an de quibus conuenit ? atquin
 de nullis conuenisse proponitur ? an quæ ex mora veniunt in
 bonæ fidei iudiciis ? atqui nullam moram facere emptor intel-
 ligitur , cui ex conuentione prorogatus est dies soluendi pretij .
 an quia emptor fundo fruitur iure conductio ? Atquin hoc
 casu æquum non est emptorem qui fundo fruitur & merce-
 dem præstat etiam usuraras pretij dependere , non quod merces
 sit vice usurarum pretij quia in hoc posteriore contractu loca-
 tionis & conductio nihil agitur de pretio emptionis vendi-
 tionis , & separata est causa huius contractus a causa venditio-
 nis emptionis , sed quia emptor re non fruitur gratuito nec ut
 emptor sed ut conductor . & usuris pretij tantum obstringitur
 emptor qui refuitur ut emptor , hoc est non alio quam em-
 ptionis iure , vel qui gratuito precarij iure , ut docet l. Iulianus .
 § . ex vendito De act . emp . l . ij . § . Arist . Quod vi aut clam .

Non est etiam vera & idonea ratio qua ratione ex Accursio
 tradis postquam locator præstitit conductori ut fundo fru-
 retur

retur si fundus perierit casu maiore , non teneri ex conducedo locatorem vt mercedem remittat aut quam prorogauit reddat, quia, inquis, post perfectam venditionem omne commodum & incommodum pertinet ad emptorem. primum enim separata est causa venditionis & locationis nec ratio quæ valet in venditione etiam in locatione valere continuo debet. Deinde si vt ponis commixta est vtriusque contractus causa & hac ratione fiat vt fundo perempto locator pensionem remittere aut reddere non cogatur , aliud ergo dicendum erit si locatio simplex fuerit , quod tamen est fallum l. si fundus Loca. Preterea ad hunc casum amissi fundi quod ait respicere l. 20. hoc ego si uno verbo negaueris, longius progredi non poteris. nec enim eius illum in ea lege vestigium extat , & in promptu sunt similes innumeri quibus ex accidenti , locator non obligatur, cōductor obligatur vel cōtra. Ab initio vtrumque obligari in id quod principaliter venit in vtramque actionem negare nemo potest re simpliciter ita gesta , vt qui fundum emi eum fundum teneat iure conductionis donec pretium exoluat, nulla alia addita lege:

Tu vero in tractatione huius quæstionis valde ridiculus es cum venditorum actione vendito tenerias locatorem actione ex locato, quod quis nescit falsissimum esse? & cum mercedem locationis modo ait eum Bartolo cedere in partē pretij, modo cum Castrensi nullomodo pretij sed magis usurarum precij vicem obtinere. & cum traditum fundum dici sit quo cōductor fruatur, quod esse fallum ostēdit l. serui De per. & com. rei vēd. Et cum in casu quem Observator exposuit coniuncta vtraque lege 20. scilicet, & 22. ex lege cōmissoria fundo inempto facto, locator ad firmas solus nullo auctore fretus deberi mercedem in sequentis temporis usque ad restitutionem fundi, quod perinde est ac si diceres, post finitam locationem insecuri aliquantuli temporis mercedem locatori deberi. Finitur enim locatio eodem momento quo finitur venditio , statimque tempus exiit intra quod pretium solui debuit. & finitur, si quo auctore hoc dicam forte requiris ex couentione ipsa , quæ ita finiuit locationem donec pretium exoluere, taur, cuius soluendi potestas iam non est integra commissa ven-

ditione si vendor legem commissoriam exercere velit. Finitur ergo statim lege commissa causa soluendæ mercedis. Tu hæc non cernis, quia tu ipse tibi fascinas oculos.

AD CAP. XII.



Oc capite innumera cōposuisti menda atque mēdacia ac primū quidē Dominū meū scribere puberem sine curatore suo ex quibuscūque cōtractibus indistinctè obligari ciuiliter, quod neque scripsit neque sensit & non sensisse fas tis ostendit Obs. xix. C. xxxiiii. in quo nominatim sribit ex contractu venditionis rei suæ puberem si ne curatore suo non obligari. Verum cur tibi non liceat scripto eius appingere, indistincte, cum & idem quodāmodo audias in l. 3. C. de rest. in int. dū ait minorē x x v. annis qui curatorem habet nō esse absimilem ei cui a prætore curatore dato bonis interdictum est. Vis enim hāc comparationem minoris cum eo cui bonis interdictum est valere in omnibus, siue, inquis, de rerum alienatione agatur, siue non, cum lex ea tātum vtatur in alienatione bonorū, vt regula quoque iuris quæ furiosum similem facit ei cui bonis interdictum est in damnis dumtaxat amittendæ rei suæ locum habet non in caufis omnibus, & illud quoque ipse postea a te ipso desciscens eodem capite confirmas, non esse scilicet extra causam alienationis bonorum congruam minoris cum eo cui bonis interdictum est comparationem.

Cum autē scribis hoc distare curatōrē furiosi vel prodigiā curatore minoris xxv. an. quod hic datur bonis, ille personæ principaliter v̄tputo si eger animi nō es intelligis hunc dari bonis, illum personæ. Atquin nullus est curator omnino qui principaliter detur personæ. Omnes dātur bonis. quod ratio ppter quā dātur pbat. Cur pdigis dātur? quia honorū administratio eis interdicta est. Cur furiosis, cur aliis plerisq; ? quia rebus suis sufficere negotiāve sua tueri non possunt. Et audi de curatore furiosi quid dicat Julianus l. 7. De cur. fur. Non solū patrimonium tueri debet quasi scilicet in hoc principaliter datus ut patrimo

patrimonium tueatur, sed etiam corpus & salutem furiosi. Et placet valde quod Acc. l. i. eod. in potestate curatorum esse interpretatur in cura. Cura bonorum potius quam personarum. Audi etiam quid Hermogenianus de curatore furiosi & prodigi & pupilli. l. inter. De adm. tut. his plane terum administrationem committi: nec separat quod obserua curatorem furiosi vel prodigi a curatore pupilli, ergo nec a curatore minoris & pupilli nomine illo loco ~~κατὰ αὐτοφράγη~~ etiam pubes continetur ut l. sciendum De cont. emp. igitur nec tu eos vlo modo separare debuisti.

- Ex l. cum in vna §. vlt. De app. falso collegi ais puberem adire hereditatem sine curatore suo neç cur falso id ex ea colligatur ostendis. Disce vero etiam si non lubet, disce verbis quibus te cedimus vt recte colligatur. Lex ait ad adeundam hereditatem pupillo tutore auctore opus esse. quare ? quoniam inquit, curatoris auctoritas ad hoc inutilis est. ratio est generalis vt esse debet ducta ex eo quod aditio hereditatis est actus solennis & legitimus l. actus De reg. iur. & ea quæ solennitatem iuris desiderant neque per curatorem neque curatore auctore expediri possunt l. curatorēm De auct. Tut. l. per procuratorem De adq. her. Ex ea ita colligo Cui quid rei adhibere inutile est nec adhibere necesse est. Ad adeundam hereditatem curatoris auctoritatem adhibere inutile est. Ergo nec adhibere eam necesse est.

Tu verò in contrarium vt probes a pubere non posse hereditatem adiri non adhibita curatoris auctoritate, perperam adducis l. cum quædam C. de adm. Tut. quoniam ea lex adeunte pupillo vel pubere non exigit in vtroque auctoritatem tutoris vel curatoris, sed auctoritatem in pupillo scilicet, consensum in pubere. Ait enim in initio Auctoritatem suam vel consensum, quod & in extremo ita repetit, Ex huiusmodi auctoritate vel consensu. Repetitio ostendit curæ Iustiniano fuisse ea duo separare, qua ratione vero nisi ratione personarum pupilli & adulti? quod sit harum personarum inter se separata ratio. Consentire autem videtur curator puberi adenanti qui ei consilium dat vt audeat, a quo consilio multum distat auctoritas, vt in l. 2. de accus. & apud Paulum v. Sent. Tit. j. ex consilio tutoris vel

50 Notata Ant. Mercatoris

curatoris longe aliud est quam ex auctoritate. Quamvis recte pubes a deat hereditatem sine cura toris auctoritate, non tamen id facit neque facere debet sine consilio eius. Consilium consensus ue negotium non perficit, auctoritas perficit.

Præterea negas puberi sine curatore recte solui, quo argumento? hoc vno, quod curatori solui possit. eodem argumento dicam. Procuratori tuo solui potest. ergo tibi solui non potest. Quis vel hoc vno argumento non te eruditum esse neget? imo quis non desipere mentis cum dicas nihil pertinere ad confirmandam sententiam eius qui dicit minori solui recte sine curatore vel tutore auctore quod M. Tullius ait mulieri solui recte sine tutore auctore. Cedo cur nihil id ad eam rem pertinere arbitraris? quia, inquis, M. Tullius tam de maiore muliere loquitur quam de minore. Quaso si & de minore, trihilne igitur pertinet ad minorem quæ soluit sine tutore auctore. Eiusdem generis est quod statim quasi ex iure antiquo refert mulierem esse in perpetua tutela mariti, & conueniendo in manu mariti tutela liberari. hoc enim dicitur esse in tutela mariti & non esse.

Ad hæc negas puberem, recte insurandum defere, sine cura toris auctoritate. quo vero argumento? quia, inquis, in l. nam postea §. si minor. De iureiur. cura toris nulla mentio fit. sane ita est, cura toris nulla mentio fit. ex quo non efficies cura torum in ea re desiderari. nam si desiraretur, cura toris mentio fieret. Efficies rectius non desirari.

Post hæc qua ratione quaque fronte negas quod Dominus ad l. puberes. De ver. obl. scribit de pupillo tantum scripta in l. 24. eod. tit. & l. i. §. exercitorem. De exer. act. argumentum præbere ex contrario non valere eadem in pubere, sicut & quod de pupillo aut de re pupilli tantum scriptum est l. 20. §. 1. De nouat. l. cum prætor. §. pen. De iud. l. bonæ fidei. De adq. rer. do. l. 8. De accus. l. i. C. de inut. stip. idem vult hodie discas esse scriptum οὐτιδίασθαι, quod scilicet in pubere alius obtineat. id vero qua ratione quaque fronte negas? fronte sed ratione nulla.

Postremo calumniaris manifesto quod generaliter & abscisè. Modestinus scribit in l. puberes. De ver. obl. his verbis,

Puberes;

ad libros Animaduēs. I. Rōberti.

31

Puberes sine curatoribus suis posse ex stipulatu obligari dicens non esse scriptum non esse regulariter verum sed aliquo casu tantum puta, Si nulla captio sit adulescētis, quod calumniæ genus iteras etiam C. xix. a quo vel hoc loco si non oratio Modestini, non insultantium sermo, te deterrere vel inscriptio legis debuit, quæ est de præscriptionibus, & adsignificat, quod ea sententia quasi generalis valeat etiam capto adulescente, dolo aduersarij, hoc casu aduersus actionem ex stipulatu adulescenti præscriptionem dari fere Plautinæ similem, Ni dolo malo instipulatus sies iure etiam dum siem v. & xx. annos natus, quo pertinere l. 7. in fin. De exc. & eam præscriptionem esse ex lege Lætoria alio loco Dominus docuit.

AD CAP. XIII.



V qd vulgo ita scriptum est in l. 3. De reg. Cat. Catonianam regulam non pertinere ad hereditates tu conāris defendere primum quia regula Catoniana de legatis concepta est non de hereditatibus, ac si non vt in xii. tab. & in edito De leg. præst. & in illa regula veteri legatorum appellatione etiam hereditates contineantur. Tum quia ad ea tantum legata regula Catoniana pertinet quorum dies cedit a morte testatoris, quod est verum, & hereditatum dies non cedit a morte testatoris, quod nō est omnino verum, quia statim a morte testatoris adiri atque adeò transmitti possunt, & quodam modo igitur dies earum cedit a morte testatoris, qua de causa Theophilo semper idem est delationis & cessionis dies, ac præterea Domine conaris id defendere arg. l. 82. De adq. her. & l. 42. De her. inst. sane perperam quia utraque lex pertinet ad leges nouas Iuliam & Papiam vt in una ostendit inscriptione in altera hæc verba, Ante apertas tabulas, & ad legem Iuliam & Papiam regulam Catonianam non pertinere constat l. vlt. De reg. Caton. Nihil igitur agis nisi profers testimonia quæ pertineant ad ius antiquum cuius iuris est regula Catoniana. Non est etiam verum quod ex Iohāne aduersis institutionem sui heredis valere etiam si testamenti faciendi tempore

pore non fuerit cum eo testamenti factio. & verior est A zonis sententia , vt in necessariis & in suis exigi hanc qualitatem testamenti faciendi tempore. quia cum nusquam vnquam sit proditum in iis cessare regulam Catonianam , & in his eam obtinere præsumendum & existimandum est , nihil imperito audiendum contra.

Dominus autem meus liquido probauit regulam Catonianam etiam ad hereditates pertinere ex l.si a Primo. De lib. & post.in qua mutus taces, & ex l.pen. De reg.iur.in qua plane tibi defit animus, defit oratio, & mens, modo effectum regulæ Catoniane qui quid aliud est quam regula Catoniana in hereditatibus locum habere concedenti, sed ægrè, quoniam addis, aliqua ex parte, quod cur addas non aperis, quia nec potes, ægritudine animi tibi aliqua ex parte adimente mentem, modo dicenti rationem d.l. pen. non sumi ex regula Catoniana, sed ex eo quod in heredum institutionibus tribus temporibus capacitas exigitur. quod perinde est ac si diceres quia in heredum institutionibus locum habet regula Catoniana. denique regulam d.l. pen. esse regulam Catonianam quis hic naribus non indulget? quis non te deridendum propinet? & vel tunc maxime cum legerit te aliqua ex parte probantem Accursij interpretamentum quo, in d.l. 3. hæc verba Ad condicionales institutiones, ex quibus efficitur regulam Catonianam pertinere ad puras , ita interpretatur ad legata relicta testamento in quo sub condicione heres institutus est. Hoc probas. Lorarij igitur efferte flagra, aut Digesta date in ignem quæ hæc nobis dant portenta non verba. Etiam audes. effrenus ex hoc interpretamento efficere regulam Catonianam non pertinere ad legata pura si heredis institutio non fuerit pura. quo quid absurdius?

Nondum est satis. Dominus meus reponit in d.l.3.libertates pro hereditates. Est magnus criticus, magnus obseruator. Statim sicubi infedit agnoscit erratum quia artis suæ potens. & in erratorum causis dignoscendis exercitatissimus est, vt libreriorum culpa commutetur vocabula alia pro aliis optime novit. Et libertatis hereditatisque appellationum scit frequenter esse commutationem quam indicare non veretur si qua vrgear.

geat ratio magna atque perspicua, ut & postea fecit in l. si ita scriptum. §. regula De lib. & post. nec sine exemplo cum & in Quintilianī declamatione cc x c v i i . alius eandem commutationem indicarit. At qua ratione demonstras in d.l.3. non esse legendum libertates pro hereditates videamus. quia , inquis, vbi legatorum sit mentio quid attinet libertates nominare cum legatorum appellatione etiam libertates continentur? ergo non est legendum libertates. Stulte , in regula ipsa Catoniana non vis legatorum nomen accipi generaliter ut comprehendat etiam herendum institutiones , in l.3. vis accipi generaliter. Accipe potius in regula generaliter quia vetus regula est,in l.3. quæ est Papiniani iuris interpretis noui & in verborum vsu religiosissimi accipe specialiter ita ut quemadmodum passim in aliis interpretibus & conditoribus iuris libertates separantur a legatis , sic & in Papiniano eadem separatio fiat atque distinctio. Cetera lectori expediet Obser. IIII.

AD CAP. X I I I .

Nl. circa C. de loca. ponis quosdam ex sociis fundum cōmunem locasse in solidum , & hoc quæriāt an ceteri locationi stare teneantur. & rescribere Impp. ceteros locationi stare debere si nihil in ea caucum sit contra morem regionis , non etiam si quid cauerint ut si remiserint pensiones contra morem regionis. Cur omisisti quod est in lege Et contra legem contractus. Sane quia non eras adeo stupidus ut non sentires hæc verba tuam labefactare hypothesis. nam si remiserint pēsiones contra fidem contractus, contractus igitur precessit remissionem; non etiam de remissione cōuentum quidquam est in ipso contractu, quem etiam habuisse quosdam ex sociis non omnes unde sumpsiſti. ego præsumpsērim melius fundum communem omnes locasse, quia ita fieri communiter solet, & quia ut vendere aut pignorare, ita nec locare socius socij partem inuitato socio potest nec conuentio cum aliis personis facta aliis noeet & l.6. §. siue autem Com. diuid. ponit quidem vnum ex sociis locasse fundum communem , non tamen locationi cetero-

E. ras

ros dicit stare debere. Reiecta tua hypothesi ad d. l. circa, ex Basilicis quæ in ea habent, si quid, non si nihil, ut tradit Obser. x v i. Dominus meus simplicius eam interpretatur nempe hoc modo; Etiam si quid in locatione conuenerit contra morem regionis, contractus fidem esse seruandam ac si ex locatoribus communis fundi postea quidam remiserint pensiones contra fidem contractus atque contra morem regionis, hoc aliis non præjudicare. Non vna vero ratione tatum vetat in ea scribi, Si nihil quod etiam contra morem regionis conuentioneum factam seruari oporteat, sed quia his verbis, Circa locationes atque conductiones maxime fides contractus seruanda est, inconcinne subiicitur, Si nihil specialiter exprimitur contra consuetudinem regionis. Congruentius enim dixisset, Circa locationes atque conductiones maxime consuetudo regionis seruanda est si nihil, &c. quod & l. licet eod. tit. confirmat & hæc adnotatio Theodori, κατὰ τὸ ἔθνος τὸ χώρας γίνεται οὐ μόνον ἀρχὴ τηρεῖσθαι δέξια. Διωγματικὸν ἐκατοντάριον τὸ ἔθνος τὸ κλήματος, ἀλλὰ διόπειρον ηὔπηδλον προνοματίζει.

AD CAP. XV.

Ivt a Petro Fabro V. C. ad verbum furatuses
suppresso eius nomine,in l. 79. De reg.iur.ita recte
Flor. scriptum habeat, Non quid habeat actor,
hic eius regulæ sensus est, In iudiciis quibus de
fraude agitur non quid habeat actor considerari,
vt eo quod non habet statim fraudatus iudicetur nisi & id
quod non habet per aduersarium factum sit vt non haberet,
quem si accommodemus non ad rem tatum principalem qua
actor fraudatus est, sed & ad causam rei, & non tantum ad
fraudatorem, vel ad eum qui fraudem participauit sed etiam
ad quemlibet malæ fidei possessorem, quo cum agatur, quæso
cur non tibi satis videtur ea regula esse generalis quam Pap. in
d.l.79.generaliter obtinere dicit,& in eadem fere causa, in l. si
nauis. §. vlt. De rei vind. Si satis est generalis frustra præsertim
a te non patiar addi,quo sit generalior pertinere etiam eam ad
non possessorem, veluti ad heredem qui rem a se Titio lega-
tam

tam vendidit & tradidit Titio ignorantie eam rem sibi legatam
qua ex causa heredem aīs teneri actione ex testamento , quia
non tam considerandum est quid habeat Titius quām quid
per heredem habere non potuerit. qua in specie non vides
competere Titio eo nomine actionem ex empto ut pretium
reciperet non vt aīs actionem ex testamento, quia res ei tradi-
ta est ex causa emptionis non ex causa legati. cui res. De act.
emp.l.huiusmodi,§.qui seruum. De leg.i. Si non esset tradita
competeret ex testamento in heredem pretio non soluto vt
rem actoris faceret, & Titium liberaret actione ex vendito,
pretio soluto vt etiam pretium restitueret, vel si de re traden-
da ceperit agere Titius ex empto nōdum cognito legato post
in ipso iudicio empti cognito legato non prohibebitur muta-
re actionem & agere ex testamento,d. §.qui seruum.l. edita.C.
de eden.l.4. §.vlt.de nox.act.In hac specie quia res tradita est,
alioquin dominus rei Titius ex causa emptionis , vt ponis , fa-
ctus non fuisset cessat actio ex testamento , & pretio soluto
actio ex empto cōpetit, vt pretium heres restituat, pretio non
soluto.vt Titium liberet actione ex vendito. Et agente Titio
quod aīs non considerari quid habeat Titius , sed quid per he-
redem habere non potuerit,dūm vis superiorem regulā ad hāc
speciem accommodare, hoc sponsione qualibet contenderim
neminem vnum esse qui intelligere possit.hoc enim tātum est
in comperto quid habeat Titius.habet rem sibi legatam quid
per heredē habere nō potuerit, non apparet.nihil enim potuit
habere cui heres quominus id haberet obſtiterit quid ei abſit,
videmus. abest pretium. quid factō heredis non habeat, non
videmus.In hac noua specie qua superiorem regulam amplifi-
cas , locupletas scilicet & generaliorem facis , sane agis cucu-
merem non hominem.

Nondum est finis. ~~Baxiūm~~ iterata negatio non est impro-
banda quatenus & hūc perspicue sensum efficit superiori nomi
abſimilem , Non quidquid non habet actor qui de frande agit
eo omni fraudatum eum videri sed eo tantum quod dolo ad-
uersarij habere non potuit. qua de causa ~~adāpopq~~ quod esse a
Domino didiceras ex Obs. x.v. c. x i x. hoc an illō modo ea
regula cōciperetur, tu etiā initio huius capitis id tibi vindicasti.



V ID ait? Ex stipulatione in diem concepta statim nasci obligationem, & consequenter nasci etiam statim actionem. Negamus istam consequentiam. Non quodcumque est in obligatione est etiam in petitione, l. 9. Ut leg. no. cau. l. si dies in pr. quan. dies leg. ced. l. 8. §. vlt. rem. rat. hab. & siue stipulationi dies sit nominatim adiecta siue tacite insit, obligatio quidem nascitur & incipit statim sed non etiam actio, l. 14. l. interdum, l. insulam. De verb. obl. §. omnis Inst. eod. l. certi. §. i. De reb. cred. l. 186. De reg. iur. ut merito apud Ciceronem rideatur patronus qui actioni petitæ ante diem postulabat addi exceptionem cuius pecuniæ dies fuisset, & pari ratione rideri Accursius potest qui l. i. C. de cond. ex lege, his verbis, Ante tempus debita exigi non posse, addit, tibicinem hunc, obstante exceptione, ridearis ipse tu, qui addis, obstante exceptione dilatoria, quasi exceptio dilatoria si credere dignum est pertineat ad causam debiti, cuius solutio sit dilata in diem, stulte in eam rem adducto §. appellantur Inst. de except. qui non est de obligatione in diem qua de agimus sed de pura obligatione & exceptione pacti temporarij de non petenda statim pecunia in obligationem deducta. Quod autem dicitur, quo tu argumento in hanc rem vteris etiam capite sequenti, eum qui ante diem agit male aut perperam aut non recte agere, hoc ipsum ostendit actionem ante diem nullam esse. alioquin videretur quis plus tempore petere vel ut loquitur l. liber 2, §. pen. De verb. obl. & §. plus Inst. de act. præmaturius petere ipso iure posse. quod quis admittat? nec alia ratione vero qui ante diem agit non dicitur nihil agere quam quod si nihil ageret non incidet in periculum plus petitionis. At male agere dicitur sicut qui re plus petit, l. 4. De comp. hic quia eius quod plus in re est nulla ei competit actio. ergo & ille quia eius quod plus in tempore est nulla ei competit actio. Dicas aliud argumentum ex l. si in leg. §. si domus Loc. quod dicat statim agi posse, perperam, quia non hoc dicit quasi ex natura obligationis in diem, sed quasi conductio profinita habeatur, colono coloniam deferente atque

que adeo totius quinquennij pensiones sine metu ullius exceptionis exigi statim possint non expectato fine quinquennij, perperam quoque & inconstanter mutato argumento d. §. si domus capite sequenti scribis, quod dicat opera quædam ex lege locationis præsentis die præstari debuisse, quia id ex facto est, & ex obligationis puræ natura non obligationis in diem de qua agimus. Ex pura non negamus & actionem nasci statim. In interpretatione verò l. insulam non te pudet etiam aperte nugari dum quod abscisè ait ante diem non committi stipulationem, ita interpretaris, non quidem in id omne quod interest committi, sed committi tamen in quid cōmittatur ut nesciens neque declarans. Hoc ipso cap. dum conaris interpretari l. 113. De verb. obl. serua quam longe ab ea recedas. Lex dicit fuisse aliquod tempus ante Kal. Iunias quo stipulator non est arbitratus neque desirauit opus fieri. Tu dicis fuisse aliquod tempus quo suum arbitrium interposuit stipulator aut interponere paratus fuit. Lex dicit fuisse aliquod tempus quo stipulator non est arbitratus ut opus fieret eo quod opus iam fieri ante Kal. non potuisset. Tu dicis fuisse aliquod tempus quo stipulator non est arbitratus ut opus fieret eo quod mortuus arbitrari non potuisset. Lex duas notat causas propter quas aliquo tempore stipulator arbitratus non est. Tu notas unam tantum. Lex non dicit opus cœptum fuisse. Tu dicis. Lex dicit pœnam esse commissam. Tu dicis inutiliter esse commissam quia pententi obstat exceptio, ea scilicet quā initio vocasti dilatoriam. Lex propemodum esse commissam. Tu simpliciter esse commissam. Tot vero modis cum aberras a lege ipsa, qui fieri potest ut veri, sinceri aut sani ex ea efficias quidquam? Sane quod efficis, Pœnam ipso iure committi ante Kal. Iunias statim atque certum esse cepit ante eam diem opus effici non posse, etiam die prolato posteaquam id certum esse cepit, hoc non est verum sine temperamento illius articuli Propemodum, quia scilicet non ante peti potest quam Kal. Iuniae præterierint l. 8. & 72. §. pen. eod. Vbi præterierint peti possunt perinde ac si dies operi efficiendo prolatus non fuisset.



INCVLARIS sapientia tua in hoc capite se ostendit a communi ut fateris aliquantum recedens, omnino, ut fatemur a communi sapientia sensuque recedens. Quæstio est ex hac stipulatione insulâ certo loco ædificari quando agi possit, qua in re pugnat, l.14. cum l.72. §. vlt. De ver. obl. in hac Vlpianus ait diem stipulationi cedere & agi posse statim atque mora facienda insulæ fieri cœperit nec expectari ut tantum temporis prætereat quanto insula ædificari posset. In illa ex Celso Pomp. tradit agi ex ea causa non posse antequam tēpus præterierit quo insula ædificari posset. Tu concordia sequester honorarius quid arbitratis? Vbi, inquis velut ex aliquo adyto, moram promissor facere cœpit in inchoando ædificio statim agi posse, sed in id tantum quod stipulatoris interest ædificium inchoari, vel vt tu loqueris, non inchoari vel non esse inchoatum, vel non effici, vel non fieri (tot enim modis hoc varias) perquam ineptè, quia ædificium non inchoari ad eius utilitatem non pertinet, & in id quod interest agere est utilitatem persequi quæ ad nos pertinet l. eum qui §. vlt. De fur. Porro utilitas stipulatoris est ædificium inchoari inutilitas non inchoari. agit igitur ex stipulatu quāti interest inchoari non quanti interest non inchoari vel non fieri sicut conductor ex conducto agit quāti sua interest fundo frui non quanti interest fundo non frui, emptor ex empto quanti sua interest rem habere vel rem vacuam sibi tradi, non quanti interest non habere vel non tradi, possessor interdicto, vti possidetis quanti interest possessionem retinere non quāti interest non retinere. & subiicis agi ut indemnitat stipulatoris quoad efficiendum opus, & paulo infra quoad consummationem futuram operis, consulatur mos hic est proprie tuus ut dicas semper & ferè pagina quaque quo ad pro quod ad intrepidus nec lora metuens. Postea negas agi posse in id quod in totum vel in partem interest, quid audio? Agi posse in id quod interest ædificium, ut loqueris, non inchoari & agi non posse in id quod interest ullo modo nec in totum nec in partem.

tem. Abi in malam rem cum atro isto tuo ingenio & fanatico.
 Hoccine pacto cōcordiam iungis inter Vlpianum & Celsum?
 Lorarij quid cessatis? Quid rursum audio? Non agi in id quod
 interest, sed agi ut indemnisi damno seruetur stipulator, ac si
 non idem sit prorsus agere in id quod interest & agere de in-
 demnitate I.dominus in fine Loc. Verū nec probare cuiquam
 possis vlo auctore statim a non cōcepto opere agi posse in id
 duntaxat quod interest opus, inchoari, non arg. I.si in lege, §. si
 domus & I.dominus, §. vlt. Loca. cum in vtraque dicatur colo-
 num qui deseruit coloniam statim, id est non expectato fine
 quinquennij, totius temporis, id est totius quinquennij, ad sol-
 uendas pensiones ex locato conducto conueniri posse. ergo in
 omne id quod ex ea causa locatoris interest, & ad soluēdum
 vt lex ait, non ad satisdandum, vt tu aies, nec enim is qui ad
 soluendum tenetur satisdando liberatur I.s. De statulib.l. pro-
 missor. §. vlt. De const. pec. Non item I.continuis. §. item qui in-
 sulam De verb. obl ex his verbis, item si non inchoetur opus,
 id tantum æstimetur quod in illo interuallo effici potuit quia
 vt in stipulatione Ephesi dari de qua egit superiore §. I. C. dixit
 verum bonum æstimare quanto tempore id effici possit, ita
 etiam in stipulatione insulā fieri mox subiicit in d. §. item qui,
 si non inchoetur opus, id tantum æstimari quod in illo inter-
 uallo effici potuit, id est has esse tantum partes iudicis & boni
 viri, quod etiā est proditum in l. insulam, §. I. Loc. vt æstimet
 quanto interuallo iusti temporis insula fieri potuerit, vt non
 nisi eo transacto detur actio ex stipulati. & hoc tuarum ine-
 ptiarum acerrimus Obseruator scripsit non vt tu mentiris, æ-
 stimari id quod in illo interuallo, verbi gratia mense, quo non
 est inchoatū opus, effici potuit, vt inde æstimetur quasi mem-
 bracim per spatiā menstrua quanto tempore totum opus con-
 summari potuerit. quod ille non scripsit. at cur non liceat ti-
 bi addere vel demere alicnis scriptis cui quod est in prouer-
 bio, de glossis stationis vestræ hodie soli amicum & solenne,
 id est.

. Pari audacia mentiris eundem scribere Vlpianum Sabinia-
 num & Pomponium Proculianum suisse. quod neque scripsit
 neque cogitauit vnquam.

In errore etiam illo triuiali versaris ut existimes Vlpianum libros ad Sabinum, nō scripsisse ad Massurium Sabinum contra l.vlt.C.de her.inst.& inscriptionem l.l.de legation.& aliter quam crebra apud Athenæum cum Vlpiano Massurij, collatio suadeat, qui & magister Cassij dicitur in l. dicere De rec. qui arb.rec. quid dico in errore triuiali? imo tuo proprio cum aīs Vlpianum scripsisse non ad illum sed ad Fabium. Sabinum. quem enim tu hic nobis Fabium Sabinum obtrudis qui nusquam vñquam est. Lampridius quidem cui tamen nec hac in re fidem habemus Sabinum nominat Consularem virum ad quem Vlpianus libros scripserit, Fabium Sabinum non nominat huic adiungis etiam æque triuiale & compitalitium errorem, Nihil esse contrarium in corpore Iustiniane iuris, Iustinianum hoc testari aut Iustiniani vice quæstorem eius, quod perinde verum est atque id quod testatur idem nihil in eo opere esse simile. Commendauit opus quod quale esset apparebat. quæ res non obligabat fidem. nec poterat etiām intra triennium aut quadriennū quo id perfecit tale præstare quale se præstare iactat. Iohannes eris semper in iure nouus nisi hunc capiti tuo errorem excusseris, & huic te ætati præbueris quæ Dei beneficio detexit, similia esse multa in illo corpore iuris, pugnantia inter se multa, mutila & imperfecta multa, confusas sæpe a pluribus auctoribus leges, vestigia, sectarum innumeræ, menda complura creata velex notis literisue singulariis quibus libri veterum referti erant, vel ex Tribonianii incuria potius quam imperitia, vel ex glossematis veterum & recentium interpretum, vel ipsius Tribonianii consulta opera cui. licuit auctorum verba mutare aut alienis ea intermiscere suo arbitratu. Detexit insuper ius omne conspurcasse Doctores a quibus profectus & institutus es, eodem fere tempore quo & Deus voluit ceteras artes omnes conspurcari, occulti, obscurari & homines passim aberrare longe a claritate sua. Non nos, vt tu aīs in epistola non tua, sed illi in iure imitati sunt Manichæos aut Arrianos, nos quæ illi fædarunt & corruerunt pristino nitoris restituimus, nihil innouamus, sed innouata in antiquum statum sedemque suam reponimus. Denique non recentia sunt quæ damus sed recentata. Et quod ad stipulatiōnem.

nem insulanum fieri qua de agitur attinet disce docēdis adhuc, ut in stipulatione quæ in dando cōsistit fuit dissensio inter Sabinianos & Proculianos ut constat ex l. ita stipulatus De verbis obli. ita in ea quæ in faciendo consistit non esse absimile vero eos inter se dissensisse maxime Pomponio, in l. xiiii. eod. non alia quā Celsi auctoritate freto quasi principe huius sententia quam tamen Paulum & Marcellum sequi non negat & Julianum l. interdum l. si insulam l. existimo §. vlt. eod. l. quotiens. De op. lib. Quod verò Vlpianus eam non sequitur, in l. 72. §. vlt. id recte præsumit Vlpianum sumere ex altera schola, sciens a Paulo eum facile & libenter dissidere. Denique illam antinomiam imputat Triboniano, quem tamen ut obiicis non adeo contemnit, imo summis sæpe laudibus veneratur & colit.

Transeo ad alios errores. Operas certas in stipulationem deductas non vis ex die interpositæ stipulationis cedere nisi mora interuenerit quod est manifesto contra l. quotiens. De op. lib. quæ hunc modum non addit, si mora interuenerit, & verius est cedere eas statim etiam si nulla mora interuenerit, alioquin non ex die interpositæ stipulationis cedunt sed ex die moræ. verum peti non possunt ex Celsi sententia antequam tempus præterierit quo præstari possunt vel ex sententia Vlpiani non nisi post moram. Non omne, quod cessit quodue debetur & peti potest.

Non intelligis quid his verbis significetur, in l. interdum. De ver. obl. Tunc incipit actio cum ea per rerum naturam præstari potest, quod non est, cum inchoari opus potest, ut tu interpretaris, sed cum ea res ex qua pura stipulatio dilationem accipit per rerum naturam præstari potest. i. cum partus editus est cum fructus percepti sunt, cum tempus præterit intra quod dominus ædificari potuit, addamus ex sequentibus, vel intra quod Carthaginæ perueniri potuit, vt 1.34. §. Imp. De statulib. l.39. §. vlt. De fideiuss. vel cum indictæ sunt opera officiales, ut d. l. quotiens. ex quo sequitur ex nulla illarum quinque stipulationum quæ proponuntur, in d. l. interdum, actionem incipere statim ex Pauli sententia; quod tamen tuū capitulū nō admittit, in tertia & quarta, quod refutauimus satis capite superiore.

E. Non.

Non intelligis etiam quod ait I.eum qui §. vlt. De verb. obl. diem adiectum efficere ne præsenti die pecunia debeatur quia non obligationem sed petitionem nasci negat, vt recte Acc. interpretatur, & verbum debeatur pro petatur usurpat, vt I. ita stipulatus, in si. eod. l. quia balineum. Qui pot. in pig. hab.

AD CAP. XVIII.



V R non vis in l. 3. De off. præt. ita legi ut dicat Vlpianus Barbarium seruum fugitiuum quamdiu latuit non dignitate prætoria functum, reposito Non, pro In, quod est in Flor. & nisi ita commutes frustra est. Quia, inquis, si ita legatur Vlpianus sibi ipsi discrepabit qui paulo ante scripsit verum esse prætura eum functum. Erras. Pomponius hoc scripsit non Vlpianus. non ergo Vlpianus discrepat ipse sibi. Et Domino ex Vlpiani sententia dicente falsa prætura eum functum non vera ut M. Perpennam peregrinum falso consulatu, quid agis? Confugis, ô infelix, ad Thesaurum linguæ, Latinæ & queris an alio significatu possit falsus consulatus dici quām non veri consulatus, & inuenis falsum honorem dici pro eo qui indigno defertur, & falsam lacrimulam, falsum solem pro fallaci, falsos mortales pro fallacibus. hæc artipis confestim & concinnas hoc caput ex hisce quisquiliis ut efficias & falsum consulatum dici qui indigno defertur non qui verus non sit consulatus. ergo vis consulatum qui indigno & incapaci defertur ut peregrino, aut præturam quæ indigno & incapaci defertur ut seruo esse verum consulatum veramque præturam, mox tamen eosdem honores fateris esse mendaces. Si mendaces, ergo non veros, quod & fateris habita scilicet ratione incapacis cui hi honores deferuntur. Per se tamen eos honores esse dicis quod integer mētis dicat nemo. hoc enim perinde est ac si falsum testamentum, per se diceres esse testamentum sine adiunctione falsi, modum iniquum per se modum esse, cum tamen Paulus ita præcidat, Falsum esse testamentum quod testamentum non est, modum esse iniquum qui modius non est, & similiter falsum tutorem qui tutor non est. his consequenter & falsus hon-

nor

nor erit qui honor non est: & si honor non est, ergo qui eo fungitur honore non fungitur. Tu stulte, honore fungi, puta prætura aut consulatu. & paria hæc esse prætura fungi & pro prætore munere fungi, atque tutela fungi & pro tutore munere fungi, quæ longe diuersa sunt. qui enim pro prætore vel pro tutore, falsus est prætor, falsus tutor: qui prætura vel tutela, verus prætor verus tutor aut sane prætura vel tutela non fungitur. itaque verius est Barbarium non esse prætura functum aut si ut somnias Vlpianus existimauit prætura eum esse functum, non est cur querat an teneat quæ edixit quæue decreuit. nam si prætura functus est, nemo dubitat quin ea teneant quæ in prætura gessit. At si functus prætura non est, meritò dubitatur, an gesta saltē valeant propter utilitatem eorum qui apud eum egerunt, ut latius explicat Obser. xvi 11. Nisi cetera huius capitī quia ea quibus alios conforisti mīhi eluere non fuit opera.

AD CAP. XIX.



Vō actū usus es C. xii. hæc verbal. puberes De verb. obl. Puberes sine curatoribus suis posse ex stipulatu obligari; sic accipiens quasi id non sit generaliter verum sed aliquo tātum casu possit esse verum, eodem vteris hoc capite, quod ait l. si seruus De usurp. & usuc. si seruus insciente Domino rem peculiarem vēdiderit, emptorem usucapere posse sic accipiens, si ignorante domino eam rem vendiderit, regulariter quidem emptorem eam usucapere nō posse, aliquo casu posse. Pari artificio & licentia cur etiam non dicas, si velis, quod ait l. 2. De accept. pupillum per acceptilationē sine tutoris auctoritate liberari posse & l. 7. De procur. absentem reum causas absentie per procuratō reddere posse, & l. 10. Qui test. fac. poss. eum qui manus amisit testamentum facere posse, aliquo tantum casu esse verum; regulariter non esse verum. Cur non ausis idem si libido fuerit, aliis locis innumeris quibus certissima iuris principia eodem verbo Posse, concipiuntur, eandem interpretationem adhibere & hoc pādo profligare & subuertere regulas omnes iuris. Huius tūi-

acuminis sane gratia eris mihi deinceps, Iohannes Robertus Aculeo multo iustius quam fuerit olim C. Visellius Aculeo cognominatus. At quæso quo casu tantum sententia d. l. si seruus locum obtinet? Sj. inquis, emptor ignorauerit cōdicionem venditoriū vel si sciuerit quidem sed liberam eum peculij administrationem habere existimauerit. Hoc ergo casu poterit res furtiva vsucapi? quid aīs? quo te proripis? Res furtiva potest vsucapi? Sic videtur inquis, si modo emptor eam bona fide emerit. nobis videtur te insipientiorem nullum esse. Sic videatur inquis, & huius meq̄ sententiæ ex contrario argumentum præstat l. si liberam C. quod qm̄ eo. &c. quæ de malæ fidei emptore loquitur. Ita est, sed qua fini? Sane ut efficiat quod est in extremo, emptorem teneri furti non etiam ut efficiat eum qui malæ fidei emptor non fuerit rem furtivam vsucapere posse. Relege. Obser. xxv, & resipisce, aut propera morboniam quo te tua inualetudo vocat.

Quo tibi etiā mens eū l. si seruus. De adg. pos. & l. pen. §. sed & si a filio. De diu. tēp. pī. nihil pertinere dicis ad l. si seruus. De vsuc. vel q̄a de accessione tēporis sunt quo res peculiaris antequā seruus eā vēderet apud dominū fuit, d. l. si seruus de vsucapione, ac si cōiunctæ eæ quæstiones nō sint de vsucapione & de accessione tēporis implēdæ vsucapionis gratia, vel quia illæ sint accipiēdæ de re aliena a seruo bona fide possessa iure peculij quod fatemur, & d. l. si seru⁹ de re dñi p̄pria a seruo possessa iure peculij, & dño ignorante vēdita quod dissitemur quia hoc modo si accipiamus hæc erit eius sentētia, Rē furtivā vsucapi posse. quæ perpetuo est falsa ac ne vno quidem casu vera.

Latinitas tua in hoc capite castigatione maxima eget. Adeste Lorarij. Alios nescio, inquit Iohannes, at ego nunquam scripsi. & infra, Agnosco afferuisse me posse,

AD CAP. XX.

PRIORE parte nihil referre aīs l. vlt. C. de his qui sibi adī. legamus, nec suis literis, an, & suis literis, quod certe verum est, quia *aut non tametsi* legatur, & suis literis, tacite negatio repeti potest & nihil refert repetatur expressim an tacite. nec aliter Dominus sensit vni-
quam

quam, nam et si admonuit ex fide quorumdam librorum manuscriptorum quos habet non sibi ut nec alios quosquam sed omnibus ut studio postulantem cui libet copiam eorum faciat, emendandum esse, nec suis literis, non ideo praecidit ita omnino emendandum esse. Denique non dixit emendandum, sed emendandum auctoribus libris scriptis. quod si indifferentis hoc est ut ille confirmauit primus, tu nescieras confirmare, nunquid ardebas refragandi studio cum quod intelligebas esse indifferentis, ita vellicasti ac si non esset indifferentis? sed non est quod ex hoc vitio uno te quisquam tamen refractarium aut retroridum vocet, nec vocavit etiam ipse ob hoc solum, verum ob innumera alia quibus squales, & interim tuo more mentiris impudenter cum *απορεύεται* illam affirmas tuo monitu factum ut Dominus vix tandem approbaret quam nunquam improbauerat.

Posteriore parte conaris adhuc tueri absurdissimam interpretationem tuā quam fecisti iam olim ad l. Titio C. de leg. 2. captione tantum captā ex verbo proferre cuius vim aliam esse autumas quam verbi prorogare & clausulam huiusmodi quæ vulgaris dicitur, in l. 30. De leg. 1. Quas pecunias legauit eas heres meus annua bima trima die dato, prorogare quidem legatis diem, ut ait d. l. 30. & 19. & l. 54. De cond. & dem. sed non etiam proferre quod refellit l. 4. De do. præl. quæ cum loquitur de vulgari modo proferendi diem legatis, non intelligit alium modum quam vulgarem illam clausulam ut subiecta ratio demonstrat quia relegatio dotis diem suum habet, ex qua efficitur non pertinere illam clausulam ad relegationem dotis. hæc enim ratio huic tantum clausula conuenit quæ ad ea legata pertinet quæ suum diem non habent non etiam ad ea quæ diem suum habent d. l. 30. Eadem vero ratio quia subiecta est l. Titio C. de leg. 2. fremas quantum velis vapulabis nisi factarisi illi agi de eadem clausula vulgari, cum nusquam alibi legatorum alia clausula aliter concepta reperiatur, atque ita quod ea lex ait testatorem protulisse diem legatorum non hoc esse aliam diem laxiorem quam dederat initio heredi dedisse ad præstanda legata, sed puris & præsentibus legatis præstandis interuallum dedisse sive diem. & ut legata pura &

præsentia siue ut eorum dies proferri dicatur non minus recte quam prorogari, non est nouum. Pap. in l. 26. Quando dies leg. ced. Fratri meo dari volo L. ex reditu futuri anni. propter ea verba non videri, inquit, condicionem additam, sed tempus soluendæ pecuniae prolatum videri. Pomponius in l. 12. De leg. i. de vulgari clausula scribens, Eum sermonem, inquit, quo præsentia legata data in diem proferuntur, quod cum ita esse iam non possis negare sine rubore, memineris eius quod olim scripsisti, si de vulgari clausula intelligatur l. Titio C. non aliter sententiam eius constare posse quam si ex Cuiacij sententia ita legatur, Non est verum quod Alfenus retulit C. præsenti non deberi. Nam proculdubio præsenti deberi ratio subiecta demonstrat quia diem proprium habuerunt. Hęc tu. Ego confessione tua contentus nihil amplius addo nisi ut æquè semper tibi Deus sanam mentem impertiat qua te modò paulum abire tamē conuicia in quæ desinis simulatque victum te esse arguant. Namque aliud victo quid quam conuicia restant.

Extra rem quod Dominus notauit in vulgari clausula ut proponitur non s̄apius ut tu aīs sed in l. 19. & 30. tantum, hęc verba, Quibus dies appositus non est, esse interpretis, non miratur te animo comprehendere non posse, qui legum & interpretum verbis discernendis assuetus non es. Disce esse glossema. & huiusmodi glossemata in iure maxime formulis esse intermista quamplurima. nec confuge ad Lælium Taurellum vel ad alios auctores. hoc solent quibus deficit aqua. neque mentiare Dominum hac in re à seipso diffidere, sed lege iterum. Obs. x v..

AD CAP. XXI.

 O T o hoc capite nihil est insulsius. Ille Obseruator, inquis, ille qui te male vrit; scripsisse me calamniatur, Magistratus municipales legis actionem non habere, qui scripsi eos illam nō habere, sine mandato. Eadem verba insequitur Obseruator dum ait, falso te scripsisse magistratum municipalem lege: non agere sine mandato, Obsr. x v.: Ergo te id scripsisse calamniatur:

lumniatur præcisè & simpliciter , non additis illis verbis, Sine mandato. Iohannes pudet me tui.

Sequitur, Magistratui municipalii legis actionem lege mandari vel a præside. Et hic etiam pudet me tui. Legis actio lege datur non mandatur, aliud est dare aliud mādare. Iurisdictionem lex dat non mandat. l.5. De iurisd. & legis actionem similitet l.3. Detut. & cur. da. Iurisdictionem magistratus mandat non dat, Cognitionem dat non mandat. Actionem procuratori dominus mandat non dat. A præside autem legis actio neque datur neque mandatur vlo modo aut delegatur magistratui municipalii vel alij , vt tutoris datio non mandatur. l.8. De tut. & cur. da. nec mandari etiam mandatūve Præsidis tutor dari vsquam dicitur. & alia est ratio missionis in possessionem vice cautionis damni infecti quæ a præside mandari potest siue delegari priuato vel magistratui municipalii. l.1. De damn.inf.l.pen.5.vlt. De off.eius cui man.quia præfidi suo iure competit legis actio beneficio legis non suo iure , item missio in possessionem magistratui municipalii non competit sine mandato l.ea quæ. Ad munic.legis actio quæ magistratui municipalii competit sine mandato competit l.4. De adop.l.vlt.C. de vind.man.

Addis nonnunquam ea quæ imperij sunt a prætore vel præside delegari, puta iubere caueri damni. infecti , tutores non habentibus.dare. His ergo quæ sunt imperij tutoris dationem adnumerat quod est falsissimum l.muto §.tutoris. De tutel.

Item missionem in possessionem ex causa damni infecti magistratui municipalii lege dari cum Accursio a prætore mortuo , vt ais , non a prætore viuo , iure & beneficio legis eam Duuumiro competere, quod est contra d.l. 1. De dam.inf. & l.pen.5.vlt. De off.eius,&c.& d.l.ea quæ,& nemo est hodie pau-lo versatus in materia iurisdictionum qui non rideat nudis dentibus cum hoc dicentem ex his vnde prefectus es quem-quam audit qui turpe putant,vt ille ait,quæ imberbes didicere, senes perdenda fateri.

Item legis actionem magistratui municipalii dari lege municipalii male colligis ex l.4. De adopt.l.vlt.C.de vind.manum. quæ de lege municipalii non loquuntur, male ex l.x x v. Ad mun.

mun. quæ de legis actione non loquitur, male ex l. i. C. de em.
lib. quæ nō lege municipali hoc dari dicit Duumuiris vt apud
eos emancipationes fieri possint, sed si data sit legis actio puta
lege Pop. Rom. vel SC. vel Constitutione vt exigit d. l. mutuo.
§. Tutoris. ex lege municipali etiam apud eos posse alienige-
nas suos liberos emancipare quomodo & Vlpianus lib. Reg. in
peregrinis manumittendis legem peregrinam spectat.

- Post hæc, Nihil inquis, interesse inter mandatum & iussum
nullo loco dixi. Iohannes hoc te dixisse quis arguit? Respon-
des, quod ille quasi eum me, de quo proximè locutus fuerat
perstringens interpolat. Contra quid resequar nō habeo. quia
ille quidem quis sit intelligo, eum vero me. etiam pecus esse
aliquod intelligo, quo ex grege tamen non video, quo ille te
verbo perstrinxerit etiam non videri. quis hac in re sit usus
verbi interpolare, neque video, neque percipio. Colaphe, Cor-
dalio, Corax ite istuc astutum. Ego pergam ad alia.

Ais non licere magistratibus municipalibus legis actionem
quam habent aliis mandare. vero. sed hoc constare ais ex l. 13.
De iurisdicione nihil de magistratibus municipalibus, nihil
de legis actione. non potest igitur id ex ea constare..

Sequitur, Legatum Proconsulis nihil proprium habere, sed
quod habet ex mandata iurisdictione pendere. quod falsum
esse lex ipsa coarguit qua in hanc rem uteris l. 13. De off. Proc.
qua longe aliter loquitur ac tu. Legati, inquit, proconsulis ni-
hil proprium habent nisi a Proconsule eis mandata sit iurisdi-
ctio. quod si ita est, habent igitur aliquid proprium mandata
iurisdictione. & est verissimum. alioquin non haberet adseffo-
res, vt l. 6. §. pen. De pœnis. non vt in quibusdam prouinciis li-
stores & falces & sellam, vt in Seuero. Spartanus scribit. qua
de causa & a legato Proconsul appellatur quasi alias. l. 2. Quis
& a quo app. ab eo qui mandatu prætoris vel præsidis ius dicit,
quia nihil proprium habet, prætor vel præses non appellatur,
quia idem ab eodem appellari videretur propterea quod ius
dixit vice prætoris vel præsidis, legatus proconsulis suo quo-
dam iure potius quam vice proconsulis.

Ab iis transis ad ineptiora, & dicis vi generaliter mandata
iurisdictionis legatum proconsulis habere tutoris iudicisque
dat.

dationem. quod iuris autores non dicunt qui legato proconsulis tutoris dationem esse aiunt ex Oratione D. Marci. l. i. De tut. & cur. dat. iudicis dationem ex lege. l. cum prætor. De iudic. Si ex lege, ergo non ex mandato Proconsulis.

Addis apud legatum proconsulis vi mandatae iurisdictionis emancipationes & manumissiones fieri, quod ut iam ante dixi, falsum est, quia legis actionem nemo habet ex mandato magistratus sed ex lege l. x x i. De man. vind. & ex lege quoque eam non habere legatum aperte definit l. 2. §. 3. De off. proc. & ideo recte veteres libri in l. 17. De manu. habent, Sed & apud legatum eius manumittere non possumus, hoc est, sed non ut apud eum, & apud legatum eius manumittere possumus. Sensus est apertissimus.

Et tibi probari quod desideras huc articulū, Sed, nō tātum discretiuū sed cōiunctiuū esse, & hūc, Sed &, nō tātum cōiunctiuū sed discretiuū, id neque a me, neque ab illo impetrabis. nolumus ineptire. nulla fere pagina cuiusquam auctoris est quæ hoc tibi probare non possit. Quare modo si vis, eris magnus cantherius nisi inuenieris statim vel si piget quærere nisi Domino credideris qui grammaticos canonas quos vocas profecto scit apprime, docuit vero ut tu in his libris illi falso s̄epius tanquam vitium exprobras, nunquam. quod tamen si fecisset poneret in laude maxima nec dissimularet, sed eum neque collegium neque ludus vñlus, neque domus vel statio priuata vñla vñquam hābuit, vel docentem vel discensem præcepta grammatices.

Illud etiam perquam stultum est quod aīs procuratorem Cæsarī aut quæstorem vel legatum proconsulis ex mandato proconsulis posse fungi vice proconsulis, cum l. 2. C. de off. eius qui vice &c. principis aut pref. prætorio præceptum exigat.

Omnem stultitiam superat quod ad extremum aīs somniare Dominum qui Pilatum scribit fuisse in Syria procuratorem Cæsares. Somniare enim dicis Cor. Tacitum cuius bæc sunt verba x v. An. Christum Tiberio imperante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectum esse. Sōniare Terullianum qui in Apolog. Iudæos oblatum Pontio Pilato Syriam procuranti violentia suffragiorum in crueem Iesum dedi-

50 Notata Ant. Mercatoris

extorsisse scribit. Somniare Iosephum qui a Tiberio Pilatū Iudæā missum fuisse ἐπιρρόη scribit II. ἀλώτες C. x 1111. quo nomine significari procuratorem Cæsaris Dio ostendit 1111. illo loco, ἐπὶ τὴν πόλιν. &c. Idem vero Iosephus Pilatum subiicit imperio Vitellij legati Cæsaris, cuius sedes fuit Antiochia, & ab eo quoque Pilatum scribit exutum potestate omni Romanum allegatum fuisse, in illius locum subrogato Marcello ut esset ἡγεμὼν i. procurator. Si Marcellus procurator & Pilatus quoque cui successit non nisi procurator. At non nego quin etiā procurator Cæsaris præses vel ἡγεμὼν appellari possit. nam præsidis nomen generale est quo non tantum procōsules continentur, & qui specialiter dicuntur præsides, i. legati Cæsaris, sed & omnes prouincias regentes. l. i. De off. præs. ergo & procuratores Cæsaris & non hi tantum qui partibus præsidis aut legati funguntur quales fuere in Syria Coponius, Ambiuius, Ruffus, Gratus, Pilatus quippe cum Syriæ præsident ἐπίτετασιν ἔσται ut Iosephus ait, qua ratione & a Lactantio Pilatus legatus dicitur, sed & qui partibus præsidis non funguntur. quia & hi ex parte prouinciam administrant Vlpianus v 111. de off. proc. Insulæ Cretæ procuratori qui illam prouinciam regit, licet de capitalibus causis cognoscere non soleat, tamen ut de lege Fabia & lege Iulia de adulteriis possit cognoscere Imp. Antoninus constituit.

AD CAP. XXII.



L P I A N V S in l. qui vas. §. ancilla si subripiatur. De fur. cum dixisset pattum ex ancilla furtiuā conceptum apud furem vel conceptum antequam ancilla subriperetur, etiam si ederetur apud bonæ fidei emptorem non posse vsucapi, quia furtiuus est. Conceptum autem & editum apud bonę fidei emptorem posse vsucapi, quia furtiuus non est, subiicit. Idem & in pecudibus seruandum est, & in fœtu earum quod in partu. quæ verba Dominus docuit esse tantum vera in posteriore casu, partus vel fœtus concepti & editi apud bonę fidei emptorem, quo sane nihil distat partus a fœtu, id est

est, uterque usucapi potest. hoc doctor ille communis te & omnes docuit quod tu cum de eius §. sententia, aduersus illum ab hinc xii. annis scriberes non animaduerteras & hodie vehementer probas. Priore autem casu qui proponitur, in §. ancilla, non esse idem seruandum in foetu quod in partu, Partum ex ancilla furtiuæ conceptum apud furem vel conceptum antequam fieret furtum ancillæ & editum apud bonæ fidei emptorem non posse usucapi. Foetus ex pecude furtiuæ conceptum apud furem vel apud dominum pecudis antequam furtum fieret & editum apud bonæ fidei emptorem posse usucapi. & hanc esse rationem differentem, quia partus cum non sit in fructu bonæ fidei emptori quamvis apud eum edatur non adquiritur, & ideo furtiuus manet, foetus vero quia in fructu est ei adquiritur statim, & ideo furtiuus esse desinit. nec aliam hac in re rationem esse foetus quam lactis aut lanæ, aut fructus cuiuscunq[ue]. Lac & lana quam percipit statim adquiritur bonæ fidei emptori etiam si pecudi infuerit apud furem l. 4. §. lana De usur. & usuc. Ergo & foetus, licet pecus conceperit apud furem. quod & l. bonæ fidei. §. vlt. De adq. rer. dom. probat dum ait foetus pertinere ad bonæ fidei emptorem etiam si pecudes prægnantes venierint vel subreptæ fuerint nam an nos repetendum est; vel prægnantes subreptæ fuerint, ut sit, Si prægnantes fur vendiderit, vel si prægnantes subripuerit, qui duo casus & in partu notantur. initio d. §. ancilla Adquiri igitur ei foetus apud se editos etiam si pecudes apud se non conceperint. qua ratione efficitur perperam ad d. l. qui vas. §. ex equis, his verbis, Ex furtiuis equi nati, Accursium supplere, Et concepti apud bonæ fidei emptorem, quia ad eum pertinent etiam si apud eum concepti non fuerint: quo loco dupliciter stultus es, cum ait non supplere id Accursium, aut id supplere frustra, quia lex ait Nati non editi, & natorum si credere dignum est appellatione continentur concepti & editi, editorum non concepti, sed editi tantum: & cum quod Dominus dixit superiore clausulam §. ancilla Idem & in pecudibus, &c. esse veram tam in partu quam in foetu concepto & edito apud bonæ fidei emptorem; ex eo tu dicis colligi, §. ex equis necessario accipiendum esse de conceptis & editis equuleis apud bonæ fidei

G. 2. empo-

emptorem quod nos negamus, quoniam ut supra ostendi ut eorum dominium statim bonæ fidei emptori adquiratur satis est editionis tempore si equas emptor bonæ fidei possederit, nec exigitur etiam ut eas possederit conceptionis tempore. His accedit stultitia longe maior, cum ut probes fœtum editum non conceptum apud bonæ fidei emptorem ei non adquiri, uteris hac ratione, quia idem est in fœtu quod in partu. Vertis propositionem tuam in rationem, petis principium ut dicitur aut sane ita argumentaris, Fœtus est in fructu. Partus non est in fructu. ergo idem est in fœtu, quod in partu. Fœtus conceptus apud furem, editus apud bonæ fidei emptorem potest vſucapi. Partus conceptus apud furem editus apud bonæ fidei emptore non potest vſucapi. ergo idem est in fœtu quod in partu. nec priorem differentiam negas nec posteriorem negare magis potes quam priorem, nisi verbo tenuis ut facis, re ipsa plane elinguis & mutus. Et quid malum stultitia hæc est etiam fructus alios distinguere ab aliis in adquisitione eorum agnos a lacte vel lana, agnos adquiri consumptione non lac, meum scilicet facio agnum si edo, meum non facio lac si bibo. Stulte, non intelligis, Fructus omnes cuiuscunque generis statim adquiri bona fidei possessori pleno iure, sed ita tamen ut quandoque agenti Domine restituere teneatur extantes, consumptos nullo modo. Consumptione perimi repetitio nem fructuum & consummari eorum adquisitionem. I. quæ situm §. vlt. De adq. rer. do. d. §. lana. §. si quis a non Domino. Inst. de rer. diuīs. Lac adquiri bona fidei possessori statim & adquiri maxime si bibatur, quoniam repetitio eius Domino pecoris nulla supereſt, & agnum similiter. Quis vñquam somniauit, inquis, lactis & agni similitudinem? sane nullus in specie. in genere omnis homo somniat lac, lanam, & agnum esse similia quod hæc omnia sint in fructu pecoris, & in adquisitio ne quoque dominij. I. bona fidei. §. vlt. De adq. rer. do. I. 7. §. non solum sol. mat.

Erras etiam in eo quod existimas, ideo partum & fœtum conceptum apud furem non posse vſucapi quod sit pars matris, & viscerum. quæ ratio futileſt, quia & patris pars dici potest ut apud Senecā in Octāvia, Cum portet vtero pignus & par

& partem mei, & foetus quoque non est pars rei, est enim in fructu, fructus autem rei pars non est, qua re & Scæuola qui partum putabat esse in fructu negabat partum esse partem rei furtiuæ. i. partum De verb. sig. Tu contra olim nescio an memineris partum esse partem matris & viscerum comprobasse te ex i. qui in vtero. De sta. hom. hoc modo, Qui in vtero est intelligitur esse in rerum natura, ergo est pars matris. Collectio à pœnæ, vtroque cornu premit. Et ais, partem matris & viscerum. partem scilicet totius & partis partem esse, caput corporis & pedes partem esse. Iohannes dicit ut Vlpianus, vel viscerum non & viscerum. Quintilianus in Decl. Filium matri eripere conaris & partem viscerum auellis. Ouidius in Met.

Vteri pars hæc est septima nostri.

AD CAP. XXIII.

QUID est quod profaris initio huius capituli? Mihi temperare non potui (tua hæc sunt verba) quin pro tuenda Spartæ quam na&cti sumus dignitate monerem melius non tâgere. quid?monuisti, ne meliora tâgeremus, deteriora ut amplectemur. sanè ita est. & hoc fecisti pro tuenda Spartæ quam na&ctus es dignitate:non pro tuenda veritate sed pro tuenda tua dignitate.i. impostura vel imperitia tua. profecto ita est. & non adeo exacte vel accurate ut censore nō indigeas. & hoc quoque verum est. Ut omnis verò à te absuerit verborum petulantia scripta tua testari, & hoc quoque, ac similiter ut absit a te nigredo facies tua testatur. Sequitur. Non alius in meis scriptis scrupulus restat, ni plurimum fallor, quām quem perspicaces & docti approbaturi sint. quod etiam verissimum est sub illa exceptione, Ni plurimum fallor, si quidem fieri potest, ut ullus vel perspicax vel doctus scrupulos ullos approbare possit. & ad hæc elatis ceruicibus nihil te morari dicis sciolos quorum ex aduerso tuis scientissimus, nihil te morari pigros quorum ex aduerso tuis laboriosissimus, nihil te morari paratitlicos iuris sectatores, quo sermone nescio quid intelligas, quia nouus mihi & inauditus est nisi intelligis eos qui sectantur tatum ti-

tulos iuris, & significas te sectari intima, abstrusa, profunda, te esse, vt dicitur, profundissimum, quæ iactantiae omnes etiam veræ sunt, te tuæ scilicet sciætiae esse scientissimum & huius ceteros esse sciolos, te ferre laborem magnum, ceteros non ferre quibus scilicet in proclivi est intelligere quæ tu nunquam intelliges, te nigrescere tenebris profundissimis ceteros candere clarissima luce. Omnia hæc sunt vera. Ab his tandem delaberis ad falsa & vt falsa plane discrepantia inuicem quibus oneras l. 7. §. si vir sol. mat. dicēs apertis lapidicinis in quibus lapis non renascitur fundum modo fructuosorem modo deteriorem fieri simulac probans hæc duo esse contraria, fundum deteriorem, fundum fructuosorem fieri. Quod si sunt contraria & disparata vti sunt, sanè si fundus apertis talibus lapidicinis fit deterior, ergo fructuosior non fit. Atquin deteriorem fieri præcidit l. vlt. De fun. dot. cui tu addis calumniosè aliqua ex parte quasi fiat ex alia quadam parte fructuosior, quod est contra ipsam l. vlt. vaticinari. Addis talium lapidicinarum inuentionem non pertinere ad perpetuam vtilitatem fundi & tamen earum inuentione fundum fructuosorem fieri. quæ etiam a se inuicem discrepant. Ad hæc statuis differentiæ inter fundum fructuosum & fructiferum vel inquis, fructiferem vt isto vocabulo vtitur Lucretius, quo nunquam Lucretius vhus est, & ex Calepino siue Thesauro lingue Latinæ quem semper habes ante oculos mēdicas, o miser, testimonia quibus probes fructuosum dici non tatum quod est fructiferum sed & quod vtile & commodum est. hoc vero quis [negabat] quis cogebat præter Spartanam dignitatem tuam id te probare & emendari ex glossographis? quid denique hoc attinebat ad d. §. si vir. nec enim in eo fructuosior fundus cum fructifero conferatur, sed lapidicinæ quæ fundum fructuosorem faciunt cum lapidibus qui fructus non sunt, quam nos collationem dicimus consistere non posse, quia si lapides fructus non sunt, fieri non potest vt lapidicinæ fundum fructuosorem fecerint. fructuosus enim vel infructuosus dicitur fundus pro fructuum modo. l. pen. in pr. Dæreb. cor. qui sub tut. &c. quamobrem in d. §. si vir. Dominus docuit esse légendum ex d. l. vlt. cuius penè eadem sunt verba; Nec fructum fructuosorem fecerit &c.

tit & confirmavit his rationibus quas tu recitas nec vlo modo refellis dum ait non omne quod est fructuosum esse fructiferum. non ferre quidem nuces aut poma, sed tamen esse fructiferum, non ego, sed Lorarij tibi probabunt, & contra fructiferum quocunque est idem esse fructuosum.

Peccas etiam vehementer in eo quod ait maritū qui aper-
tis lapidicinis fundum dotalēm deteriorem non fructuosio-
rem fecit vxori non teneri. repugnat enim d. l. 7. §. si fundum,
dum ait maritum qui arbores deierit quæ fructus non erant
quasi deteriorem fundum fecerit teneri. cur enim & qui aper-
tis lapidicinis fundum deteriorem fecit non tenebitur? quia
inquis, & aliqua ex parte eum fructuosorem fecit. Abi ès κόρανες
cum isto glossemate. Tibi non licet legibus demere vel adde-
re quidquam.

Non prætermittam rationem ineptissimam qua vteris ut
probes, in d. §. si vir, non esse legendum, Nec fructuosorem:
quia, inquis, admissa negatione huiusmodi idem mox repe-
retur his verbis, quia nec in fructu est marmor. quidni verò? si
non frustra: & ibi non repeti frustra, imo debuisse repeti & in-
culcari perspicuum est, ut intelligeremus cur nihil viro esset a
muliere præstandum. Et interea non animaduertis te idcm fa-
cere, non esse fundum fructuosorem & marmor non esse in
fructu, & mox tamen hęc contraria aut dissentanea non facere
fundum esse fructuosorem & marmor non esse in fructu. Si
enim hęc non sunt contraria, nec illa sunt eadem. atquin illa
sunt eadem. ergo & hęc inuicem contraria sunt.

AD CAP. XXIII.



ON scripsisti, in l. 4. §. si quis non tutor De do. exc.
pro; Et vsucpta sit, non posse legi, Nec vsucpta
sit, esto. non scripsisti, nec etiam quisquam te scri-
psisse dixit, sed scripsisti non esse necesse ita legi.
quo argumēto? quia & si res pupilli mobilis quam
vendidit qui pro tutore negotia gerebat vsucpta sit, eam rem
petere pūpillus potest non directa quidem actione sed vtili in
rem, & restitutoria, impetrata restitutione in integrum. idque
in d.

in d. §. si quis non tutor verba illa significare Pupillo rem suam persequēti, quæ extraordinariam petitionem complectuntur. sic scripsisti. & intelligisti, ut ait, etiam ordinariam complecti. Conclusisti igitur inde illo loco extraordinariam petitionem significari. cui conclusioni hæc similis est Animalis appellatio- ne continetur brutum & homo. A sinus est animal: ergo est ho- mo. Nescis argumentum a genere ad speciem nihil valere ad adfirmandum.

Sequitur ex hac causa pupillo facile dari restitutionem in integrum. Probabilius dices vñscapionem non valere quia is qui emit ab eo qui pro tutore negotia gerebat rem possidet si- ne titulo. I. Celsus De vñsurp. & vñsc. quia ille vendidit ut tutor & tutor non fuit. ideoque pupillo ipso iure competere rei vin- dicationem. Sed neque hanc dari vis, neque illam facile dari probas, sed iusta ex causa tantum, quod neque ille negauit.

Rursus ait rem pupilli propriam posse vñscapi, quod tan- tum abest ut sit verum ut nec res pupilli possit adquiri longo vel longissimo tempore. I. 3. C. de præf. 30. an. nec sane vñlo casu vñscapi potest. I. bonæ fidei De adq. rer. do. I. si communem. Quemad. ser. amit. M. Tullius I. ad Attic. De tutela nihil pos- se vñscapi. Non in casu l. etiam si De minor. quam tu in me- dium adducis, qui ut Acc. sentit recte non est de vñscapione rei pupillaris quæ cœperit a pupillo sed de vñscapione rei he- reditariae quæ cœperit a defuncto. Ceteras leges quæ de vñscapione tractant rerum pupilli, medicandus es si non tibi persua- des esse verum quod etiam Acc. sensit accipiendas eas esse de rebus alienis a pupillo bona fide possessis non pupilli propriis.

AD CAP. XXV.

BI QVE comperio pertinaciam & iracundiam tuam tibi mentem immutare. Cum dixisses in l. sancimus §. vlt. C. De donat. hæc verba, si adii- ciatur tempus vitæ vel donatoris vel eius qui donationē accepit hunc sensum referre. Si adii- ciatur certum tempus quo etiam post mortem donatoris vel donatarij annua quantitas præstetur quæ donādi animo.



animo in stipulationem deducta est, & ego plane viderem hoc sensu, nihil esse magis alienum a verbis, quod nemo etiam est qui non videat, & tamen ostendere vellem etiam non contumire hunc sensum menti quam Iustiniano fuisse dicis ut proponeret duos casus quibus stipulatio annuae quantitatis indigeret insinuatione, hac ratione vsus sum, quod hoc sensu adhibito vnum tantum non duo ponantur casus te vnum eundemque partiri in duos, quorum uno heredum ex utraque parte fiat mentio, altero vero protrahatur donatio etiam post mortem donatoris vel donatarij in tempus certum, quod ego dicebam nihil aliud esse quam in heredes donationem procurdere in tempus certum & heredum tacitam facere mentionem, atque ita hunc casum non esse alium ab illo, tu contra pertendis duos esse casus, uno quo heredum facta mentione nullus penitiationi præstituitur certi temporis finis, altero quo heredum facta mentione tacita vel expressa præstituitur certum tempus, & illo casu perpetuam esse donationem, hoc vero casu quasi perpetuam, cum sine illa casuum distinctione Iustinianus dicat esse quasi perpetuam ex temporis appositi vel omissi ratione neque estimata re neque diuisa, quia hac in re temporis adiectio non variat casum. Vsus etiam sum rationibus quas recitas, neque refellis aliter quam dicens positis ut fecisti duabus casibus satis eas refelli, vii vero refellantur neque doces neque illius videt. Pone duos illos casus quantum voles. An ideo non poterit esse locus iniquitati & incommodo quod euenire posse notaui si defuncto donatore vel donatario eo ipso anno quo donatio forte annorum quinque facta est & prolata in annum post mortem alterutrius, tam exiguae summae insinuatio sub incerto fortunæ fuerit exacta? & ex hoc euentu incerto etiam non erubescis dicere eam non pendere donationem, quia, inquis, certum diem habet, quod est manifesto contra §. pen. d.l. sancimus. Marrucine disce tandem Iustinianum in §. vlt. vnum tantum casum proponere quo stipulatio annua quæ donationis causa interposita est indigeret insinuatione, sicut in §. pen. & vnum tantum posuit quo non indigeret insinuatione, qui est de adiecto tempore vitæ donatoris, vel donatarij, cui meritò etiā subiicitur ex diuerso vnu aliud.

H. de.

de non adiecto tempore vita sed prorogata pensatione in heredes, ut Isidorus græcus interpres legit recte, in d. §. vlt. & Dominus probauit, tui arbitrij aut sane non tui quod nullum est sed alieni arbitrij faciens legere, vel non adiiciatur, aut nec adiiciatur. quid enim interest?

AD CAP. XXVI.



E R B A Vlpiani quæ adiectio articuli, Etiā, quam excogitasti, temerat atque corrumpit, in l. ii. §. si non sortem De pig. aet. hæc sunt, si in sortem dūtaxat vel in vsuras obstrictum est pignus. **Q**uis vnquam sanus & siccus hæc legēdo dicturus est, Vlpianum loqui quidem de pignore obstricto in sortem tantum non etiam de pignore obstricto in vsuras tantum, sed de obstricto in vsuras & sortem? quod tamen tu dixisti dum legis aut intelligis, vel etiam in vsuras pro in sortem & in vsuras. **Q**uis etiam paulo versatus in arte differendi dicturus est quod tu dixisti qui eius artis communis sapientia ne pilum quidem habes ἀνθετικόν esse quod Dominus ait, subiectis statim his verbis, Eo soluto propter quod obligatum est, quo singulare modo eum tantum casum attingit quo pignus ob sortem tantum obligatum est, eum omittere alterum, quo tu fingis contra verba Vlp. pignus obligatum fuisse in vsuras & in sortem. Atquin non potuit alterum omittere qui duos coniunxit casus. At vel omisit tamen, vel ea verba, Eo soluto propter quod obligatum est, retulit ad vtrūque casum, etsi ad vtrumque, ergo utroque pignus obligatum fuit in vnam causam tantum, uno in sortem tantum, qua soluta pignoracia agi possit, altero in vsuras tantum, quoniam casui quo id obligauerit in omnem causam ea verba, Eo soluto non conueniunt. Argumētatur ex verbis Vlpiani non ut tu dicis nesciens plane quid diças, ex uno casu tantum, nec inepte tamen argumentaretur ex uno casu hoc modo, Si duo sunt coniuncti casus, & prior est de pignore obligato in vnam causam tantum puta in sortem posterior nō potest esse de pignore obligato in vtfamque causam puta in sortem & vsuras, quoniam sunt impares casus

&

& *et vnde* ut philosophi loquentur. Debet igitur & posterior esse de pignore obligato in unam causam tantum puta in usuris quod & exigit tertius casus qui sequitur in eodem. §. si in sortem, & proponitur his verbis, siue autem usuræ in stipulatum deductæ sunt siue non, si tamen pignus & in usuras obligatum fuerit &c. hoc est si pignus obligatum fuerit in sortem & in usuras ex stipulatione vel ex pacto debitas aut sane tuo quidem iudicio, qui semel supra propositus est, deinceps superuacuo proponitur, quod & tu fateris si ea verba superioribus proxima sunt. Proxima autem esse non potes negare nisi eadem opera negas proximum verbo nomen proximum subiecto prædicatum aut versui primo proximum esse sequentem. Cetera quæ ad hanc quæstionem pertinent quæ tu ignoraveras copiose explicat Obser. x v. Vbi quæ distinctione reicitur inter usuras de quibus conuenit tempore contracti pignoris vel antequam pignus contraheretur & eas de quibus conuenit post contractum pignus, cum eam tuam esse negas impudētissimus es. Verba tua quibus casum explicas, quo pignus acceptum in sortem non tenetur in usuras, hæc sunt. At secus, in his usuris, de quibus præstandis neque antea conuenisset neque tunc conuenierit cum res pignori daretur, nam earum ratione pignus retineri non potest. Quæso his verbis, de quibus usuris loquaris nisi de his de quibus postea conuenit? has igitur separas ab his de quibus ante conuenit ita ut in has quidem pignus teneatur, sed non etiam in illas. quam differentiam cum peruvicimus esse falsam, non habes aliud quam ut deieres te non dixisse. Deieres etiā te dixisse non aliter in usuras pignus, quod in sortem datum est retineri quam si & in usuras nominativum fuerit obligatum. Et tamen verba hæc sunt tua usurarum nomine pignus detineri posse quamvis id non fuerit in usuras nominativum obligatum. Deliras simul ac deieres.

Extremus actus huius capituli est Morichi cuiusdam actus dum causaristibi cū dixisses re promittere non debuisse obiici locos quibus esset scriptum promittere non re promittere ac si sesquiasine, non possit unum idem atque aliud neque plus aut minus. Dum dixisse Dominum re promittendi verbo comprehendendi non sponsonem tantum sed & pactionem & dicti onem.

H. 2. quam-

quamcumque, & subiecisse, alioquin minus esset promittere quam spondere, qui subiecit, Et minus esse promittere quam spondere. Dum scribis Senecam ab eo vocari in testimonium ut vincat plus comprehendi verbo promittendi quam spondendi qui imo eum vocat in testimoniu ut vincat minus comprehendendi. in quo dispiciendo, ut verbo tibi familiarissimo utar, hæret aqua vel asinus tibi potius, ut adoptio tui ipsius occulta probat, quia nescis, quam varie dicatur plus aut minus, vel, ut latine loquar, quia nihil scis ac ne Calepinum quidem in quo totus es ut a Bartolo te vindices, & iis recentioribus qui te male vrunt, facias parem quibus non si te ruperis æquabis vnam. Vetus maceria oneri ferundo non est. Nihil addo amplius. Imo & hoc Potitio te stultiorem esse cum scribis nihil fuisse opus testimonio Senecæ nam neque addis cur non fuerit opus, neque agnoscis tibi ex illo Senecæ demonstrari minus esse promittere quam spondere, quod tu nesciebas nec scis adhuc qua ratione minus sit, nec econtrario qua ratione etiam dici possit plus esse, vel idem omnino esse. Cum etiam vnum tantum ex Seneca locum adferre, id consarcinare vocas. Cum istis consarcinationibus Dominum meum multifidum ut loqueris haberi cupere ais. Sic sane ut est cupid haberi iuxta Aeschilum & Aristotelem, Cupit esse bonus, utilis, verus, & fidelis iuris interpres simul & haberi. aut si non sit, nec haberi. Ac postremo cum eodem argumento uteris quo usus es Cap. x x i i i. Repromittiendi verbo in legibus quibusdam significatur stipulatio. ergo & in l. 4. C. de usur. quod tamen te obiter dixisse dicas quasi veniam petens. Velles tibi obiter dicta dari. Darentur omnia quoniam omnia sunt quasi obiter dicta. Si quid omisi, Lorarij ferte opem & agite. Agite etiam in

id quod ex Alciato probat repromittendi

verbo significari stipulationem ac

si iudice primo huius

rei que notissi-

ma erat.

**



ATRIS ostendi superiori capite quam sit inanis & nulla ratio qua tu conaris tueri vulgarem scripturam d. §. si in sortem. At modò suppetias venit tibi is ipse in quem agis, & Obser. xix. rationem probabilem adfert qua eam defendas. Tu dolens quod ea tibi in mentem ante non venisset, eius te doctorem esse profiteris nescio quo ore. nam neque docere potuisti quemquam quod tibi ante nunquam venerat in mentem, neque id quod nulla ratione confirmabas, nempe, hac sola verba hæc, vel in vsuras, sic accipienda esse, vel in sortem & in vsuras quod plane est nulla ratione. Probabilis autem illa ratio quam is primus aperuit hæc est Quemadmodum ob vsuras chirographarias pignoris retentio non est, vt constat ex l. 4.C. de vslur. ita dici posse nec ob sortem chirographariam pignoris accepti in vsuras duntaxat retētionem esse, & hoc velle Vlpianum, in d. §. si in sortem vel in vsuras &c. & posse nos non moueri Constitutione Gordiani. Etiam ob chir. pec. &c. quia cum sit noua & singularis Constitutio strictius accipienda & suis cancellis coercēda est, hi vero sunt de pignore tantum accepto in sortem aliquam, vt possit retinerti ob aliam sortem chirographariam, non etiam de pignore accepto in vsuras duntaxat vt possit retinerti ob sortem chirographariam non item de pignore accepto in sortem duntaxat vt possit retinerti ob vsuras chirographarias. At tibi hæc ratio non est probabilis. nec erit vñquam vel quia obtrēctatio & pertinacia tibi impedimento est, vel quia tu luteus homo nisi Loratij adhibeātur, ὁ τιλθρ ψῆφος δαχτύλων εἰνεῖται Loratij adeste. Cucumis non homo vtitur sibi familiarissimo argumento. Pecunia nomen generale est. ergo & in tit. Etiam ob chir. pec. &c. in constitutione eius tituli generaliter accipendum est vt non sortem comprehendat sed & vsuras, quainuis Constitutio speciem ponat in sorte tantum nempe mutua pecunia. Imo & chirographariæ pecunia appellazione significari ait pignoratiam pecuniam. quibus verbis? nempe his, Chirographariæ pecunia appellacione, ea omnis significatur quæ

quomodo cunque sit, pignore debetur, Ut scribat, sine pignore, vel notet saltem in erratis, quod non fecit. loris subigit.

Idem negat pecuniam debitam ex causa intercessionis vel contraria actione pigneratitia, esse sortem. Nescit quid sit sors. nescit sortem id omne esse quod non est usura, & capitulum, & Horatio caput, aut si pecunia debita ex causa intercessionis vel contrario iudicio, non est sors, quid est igitur? Usura certa non est. quid igitur? Accessio, inquis. Atquin accessionis accessio esse non potest. I. heres. §. vlt. De pet. her. I. neque De usur. & tamen contrarium iudicium usurarum accessionem admittit. I. & in contraria eod. tit. I. 3. De cont. I. id. tut. I. i. C. man. Et intercessio fideiussoris vel mandatoris vel rei constitutae pecuniae accessione quidam est, sed pecunia quæ ex ea causa debetur certe accessione non est. Stupiditatem quam Domino obiicis si liquido probamus in eo nullam esse, non potes effugere quin in te regeratur. Stupidus est, fateor, si scripsit ideo ob usuras pecuniae creditæ debitas ex pacto pignus retineri non posse, quia pacta incontinenti adiecta contractibus stricti iuris non pariunt actionem. Atquin hoc non scripsit, non est igitur, in eo stupor vllus, sed omnis in te recidit solum, qui scribere eum, ideo pecuniae creditæ usuras non peti ex pacto facto incontinenti, quia pacta incontinenti adiecta contractibus stricti iuris actionem non pariunt, non cernis nihil scribere de retinendo aut non retinendo pignore. Ni vltro ob facinus istud te præbeas lorariis castigandum, adstringent tibi vehementer manus, & vehementius vapulabis.

Audes etiam adfirmare in contractibus stricti iuris pacta incontinenti facta parere actionem, idque confirmas ex I. lecta si cer. pet. & I. 135. §. Seia De ver. obl. & I. 27. De reg. iur. quibus maligne dissimulas te nescire ut Dominus iampridem responderit multis in locis, nempe hoc modo, Pacta incontinenti facta stipulationi inesse ex parte rei ut non sit necesse praetorem actioni addere & aduersarium opponere exceptionem pacti, quod suppleri possit religione iudicantis, ex parte actoris non inesse ut prospicit. I. ut actionem pariat, inesse ut noceat. Idem confirmas perperam ex I. Titius De præf. ver. quæ est de contractu bonæ fidei non stricti iuris.

Et in extremo huius capituli tentas non esse verum quod dicit, nihil iure ciuili odio usurarum esse proditum. sed frustra. nullum enim ex iure ciuili argumentum profers quo probes odio usurarum quidquam constitutum esse. modus qui usuris datus est non est odij idoneum argumentum. nam & idem datum est estimationi eius quod interest & negotiis omnibus. non item quod ex cautione non nisi certae debeantur. nam & in cautione cuiusque rei vel quantitatis, idem obtinet. non quod non ex omni causa exigi possint. nam nec ex omni causa passim est actio in id quod interest. Cetera quae aduersi, nihil pertinent ad rem, pertinent ad existimationem tuam quod cum possent ex aliis auctoribus pleraque singularia neque in vulgus nota proferri, tu ea tantum profers quae vulgus nouit ut de populi fece quidam.

AD CAP. XXVIII.



Et hoc caput non debuisti edere, ne materiam nobis tam procluem dare traducendi te. Ais vero in opus metalli vel in ministerium metallicorum ad tempus damnatos capite non minui. quod est contra l. capitalium. §. Diuus De poenis, quae his comparat damnatos in opus publicum perpetuum, quos constat pati medium capituli deminutionem l. sunt quidam. eod. l. i. C. eod. sed tu ab eo §. Diuus, vt te expediias nihil te morari dicis scripturam Flor. nec βασιλεύς nec Græcorum interpretationes, quibus auctoribus si non adquiescis, nec quos opponas & sequare habes antiquiores & fide digniores plane refractarius es, nec est quod quicquam deinceps tecum copulet sermonem illum. Opponis vero illis vulgarem & Noricam editionem quam longe illi superant cum antiquitate tum fide. Opponis etiam inscite quod infert §. Diuus, Proinde & mulieres hoc modo damnatae liberos pariunt, quo efficies quidem eas liberas manere, sed non etiam ciues manere. Non omnes qui non sunt ciues etiam liberi homines non sunt, peregrinos peregrinorumque filios aut libertos quis dicat esse seruos? At contra qui non sunt liberi homi-

homines, ciues etiam non sunt. qua de causa qui dicit ciuitatem adimi, non dicit & libertatem adimi. Contra qui dicit libertatem adimi & hoc dicit ciuitatem adimi. l. pen. §. vlt. De ext. cogn. in qua vt & l. i. §. capitis. Ad Tertyl. l. i. §. si Filius De suis & leg. her. magnæ capitis deminutionis appellatione continetur maxima & media, & vt hodie sentio, hæc verba, Id est cum libertas adimitur, pertinent ad maximam, sequentia, vel cum aqua &c. ad medium. Scribe vel, vt Acc. notauit quosdam habere, vel, non veluti. Neque vero vt qui dicit adimi libertatem & hoc dicit adimi ciuitatem, ita usquam inuenies eum qui dicit manere libertatem vt d. §. Diuus & hoc dicere, ciuitatem manere. Imo verò semper qui dicit libertatem manere aut perperam loquitur aut hoc subintelligit ciuitatem non manere. quia liber potest non esse ciuis. Contra qui dicit ciuitatem manere vel retineri, & hoc dicit, libertatem retineri.. quia seruus non potest esse ciuis. qua de causa cū in l. aut damnum §. in ministerium eod. tit. de mulieribus damnatis in opus metalli, vel in ministerium metallicorum ad tempus, Dominus legisset non fieri eas seruas poenæ sed retinere libertatem his verbis, Si vero ad tempus damnentur, retinent libertatem & legisset adnotatū in Digestis anno cīc 10 xxxvii. Lugduni a Fradino excusis (excusis dico non vt tu semper excusis) non etiam id suo Marte confinxisset, vt tu criminaris, cum item in eadem lege §. quicunque animaduertisset de damnatis in ludum venatorium similiter queri utrum fiat serui poenæ an retineant libertatem, ac rursus græcos in d. §. in ministerium semel atque iterum legere, Retinent libertatem, & urget eum d. §. Diuus contra quam aliquando sensisset maluit Obser. x v. huic lectioni adherere, aut quia alias legitur, Amitunt ciuitatem utramque coniungere hoc modo, amittunt ciuitatem, retinent libertatem quam sequi Flor. quæ habet, retinente ciuitatem, aut quod tertio loco sequevis quam primo & secundo Græci legunt, Non amittunt ciuitatem, urgente etiam hac ratione vehementer quod absurdum & incongruum sit seruituti oponere ciuitatem non libertatem, nepe hoc quædere utrum mulieres eo modo damnatae fiant seruae poenæ an retineant ciuitatem, cum vt in §. quicunque oppositorum ratio-

tio exigat hoc ut queratur an retineant libertatem. Cum autem quæstionis debet responsio congruere, & qui existimabat non fieri eas seruas debuit respōdere, retinere eas libertatē non extra quæstionem propositam retinere ciuitatē. lamne cernis frutex quām sit hæc consequentia necessaria & ineluctabilis.

Ad hæc iudicent docti qua fronte alleuies Græcorum auctoritatem qui ex §. Diuus colligunt damnatos ad tempus in opus metalli & damnatos in opus publicum perpetuum retinere libertatem. Ego, inquis, etiam dico eos retinere libertatem cum dico retinere ius vtrumque nec capite minui. At quod tu dicas falsissimum est non minui capite eos qui in opus publicum perpetuum damnantur quia deportatis comparantur. Sunt quidam eod. I. I. C. eod. De libertate igitur, quod dicas est verum, de ciuitate falsum. quæ fuit sententia Græcorum. Quod autem iidem in eo §. legunt, Ij qui in perpetuum, sine negatione, id tu dissimulas.

Qua item fronte ad §. Diuus eum qui damnatus est in opus metalli etiam si metallicum opus faciat cum Iurisconsultus ait in metallum damnatum non videri, audes subiicere & consequenter nec in opus metalli damnatum videri, quia inquis, hæc duo eadem sunt. Nimium graphicus nugator es. Quæ I. aut damnum §. inter eos eod. tit. facit diuersa, tu facis eadem, quæque & in causa proposita certo sunt diuersa. Nam in metallum damnatus ad tempus seruus fit. in opus metalli damnatus ad tempus seruus non fit, sed peregrinus. & hoc est quod ait d. §. Diuus, eum in metallum damnatum non videri, nempe seruum non fieri. In hac quæstione Domino meo contigit quod & Papiniano & Scæuolæ & Vlpiano ut variaret ac primum verè scriberet de §. Diuus Pauli v. sent. Tit. xvi. i. deinde longe aliter de quæstione tota Obser. v. i. vnde tu id omne sumpsististi, non potes negare, quod præfracte semel atque iterum hac de re scripsisti. Cuius priores cogitationes securus es, cur non sequeris & posteriores, quas vox de via collecta fert cuique esse meliores? Cur quod ille putat errasse non esse turpe, in errato diu & stulte perseverasse turpissimum esse, tu non turpissimum esse ducis? quām vt doctrina & mores diuortunt illi longè ac tibi tu indocilis, ille docilis, tu falsi, ille veri amans.

I. tifimus.

tissimus. Cum vero falso arguisses Dominum fateri damnum in opus metalli ad tempus, retinere ciuitatem, & de eo Dominus esset questus, tu quid ad hoc? excusas factum hoc modo, non dixi fateri sed credidi illum admittere. quod quid aliud est quam credidi illum fateti, hoc est mendacium dixi non mentitus sum. esto. Stuporis confessio haec non excusatio est.

Quod ais in metallum vel in opus metalli dānatū, dānatorum in opus publicum appellatione contineri, si in iure nostro contineri intelligis, id tu neque mihi neque cuiquam alij persuadebis. sed hic tuus est mos, vt confundas & commisceas omnia vocabula iuris vt legum contortor morum corruptor Geta.

AD CAP. XXXIX.

Ac verba l.34.in fi. De obl. & act. quia simplus accedit, & simplus subducto locum non habet ut ostendas te non ita excepisse ut Dominus breuiter strinxit, quia simplus non est consecutus qui non & pœnam consecutus est, profers verba tua sed mira calliditate alia quædam verba tua, non ea ipsa quibus id expressisti, quæ sunt huiusmodi. Paulus, inquis, sic intelligit, licet rei estimationem actor commodati actione consecutus sit, tamen habita ratione legis Aquiliæ actionis, eum non posse dici consecutum fuisse simplus si in ea amplius sit propter xxx. dies: quia non tale simplus sit consecutus quale oportuit, quod, ut paulo post subiicis si consecutus fuisse, lex Aquilia locum non haberet. Hæc tu verba quæ sola interpretationem tuam efficiunt callide supprimis & profers alia quæ ad eam interpretationem adhibuisti non quibus interpretationem ipsam adeffecisti. Illis autem verbis quibus rationem Pauli interpretatus es ex animi tui sententia quæso quid aliud vis quæ quod Dominus te velle dixit, ideo simplus subducto actione commodati remanere legis Aquiliæ actionem in eo quod in repetitione xxx. dierum amplius est, quia non videtur actor simplus

plum consecutus, quod actione legis Aquiliæ continetur qui rei vel rei tantum æstimationem non etiam pœnam consecutus est. nam insanis ut opinor, dum his verbis quæ sola protulisti contendis id quod amplius est in actione legis Aquiliæ non esse pœnam simpliciter, sed esse accessionem simplo coherentem atque commistam. Perinde enim hoc est ac si dices actionem legis Aquiliæ non esse pœnalem simpliciter, quæ simpliciter tamē & præcisè in iure dicitur esse pœnalis l. 22. §. hanc actionem. Ad leg. Aq. §. his autem. Instit. eod. non esse quoque mistam tam pœnæ quam rei persequendæ vt est in §. ex maleficiis Inst. de act. id est quæ cum pœna sua rem retrahat, sed accessionem ei inesse mistam tei. Est accessio ergo. Sed cuius nominis accessio? Nullius, inquis, quam tu mihi accessionem ostendes similem ullam quæ nomine vacet? nullam possis. & hanc quoque non possis negare ut esse & nominari pœnam. Vlp. l. item Melæ. §. sed si plures Ad leg. Aq. Ex lege Aquilia inquit, quod alius præsttit alium non teleuat cum sit pœna. At non pœnam simpliciter, inquires. quid igitur pœnam & accessionem quod Vlp. non adiicit. Et pepo an quod hæc pœna sit accessio quia scilicet accedit simplo, vt ait d. l. 34. in fi. ideo minus est pœna simpliciter. Hoc commutas aliter & dicas non esse pœnam verè. Mutas simpliciter in verè. quo genere cur non dicas & in actione vi bonorum raptorum triplum non esse pœnam verè. nam qua ratione ea dicitur mista in d. §. ex maleficiis, & persequi partim rem partim pœnam, eadem uestigio ibidem dicitur actio legis Aquiliæ esse mista & vtrumque persequi. Plus audes actionem legis Aquiliæ verè pœnalem esse eam tantum quæ in inficiantem datur, qua in re nisi credis auctoribus iuris quafí admissò maiore flagitio, remittam te ad doctores tergi alieni peritores, simul atque ut pœnā luas stultitiae quæ te compulit ad dicendum actionem legis Aquiliæ mistam dici quod modo verè pœnam persequatur modo non verè id est, quod modo in inficiantem instituatur, modo in confitentem reiecta satis aperte ratione Iustiniani qui eam mistam esse ait quod rem & pœnam persequatur, quæ etiam stultitia te compulit ad dicendum dari quidem actionem legis Aquiliæ in odium & pœnam rei sed non esse pœnalem magis.

I. 2. quam.

quām conditionem furtiuam in qua res æstimatur quāti plurimi fuit a tempore furti commissi, vel aliam actionem quæ datur in id quod pluris interest. in quo sermone errat dolus & captio manifesta, quia his actionibus potest dici pœnam contineri ex parte rei tantum. quod res pluris æstimetur, non ex parte actoris quod rei solius, æstimatione fiat. Actione legis Aquiliæ quæ continentur pœna, pœna est ex parte actoris & ex parte rei. quia pœna quæ iudicio inest non pertinet ad æstimationem rei qua de agitur, qua de causa cōditione furtiuā persequi æstimationem quanti res plurimi fuerit a tempore furti commissi vt l.3. De cond. fur. l. pen. Rer. anot. non est persequi pœnam. Actione autem legis Aquiliæ extra rem persequi æstimationem quanti ea res plurimi fuit in x x x. diebus proximis ante delictum commissum, plane est pœnam persequi.

Quid verò est quod in actione legis Aquiliæ mistam rei pœnam tu vno nomine simplum vocas? quis hoc te docuit insipiens? Si simplaria est actio legis Aquiliæ, non est igitur mista. Si totum quod in eam venit simplum est, ergo non est mista ubi legisti simpli appellatione contineri pœnam? Simplum est res siue līs sola aut lītis æstimatione. Pœna quod simplus accedit rei coercendi gratia. Vna, inquis, est æstimatione actionis Aquiliæ. ergo totum quod in eam venit simplus est. vitiosa collectio. vna enim est æstimatione, sed mista non simplex. Hæc cum ita sint quis te non abhorreat hæc verba d. 34. quia simplus accedit & simplus subducto locum non habet, sic interpretātem, quia lītis æstimatione accedit quod amplius ex lege Aquilia competit & subducto omni eo quod venit in actionem legis Aquiliæ, actio legis Aquiliæ locum non habet, varie accepto simpli vocabulo, quasi sit ~~ταχεις~~ illoloco quam plusquam manifestum est nullam esse, & illo vulgari inducto sensu quasi musices gratia suauioris soluto toto totius petitioni locum non esse. fieri non potest ut tibi hæc nostra legenti non cornua crescant. Eamus porro. Lepidum illud caput, inquis, quod scilicet tuum limat & effascinat, cauillatur me hanc regulam constituere, sublato principali accessionem non remanere, & tamen non potes negare si extremo d. l. qui serum dematur negatio te scribere ex eo fieri, ut subductio principali accessioni remaneat

remaneat contra regulam iuris quibus plane verbis **eam** regulam constituis atque confirmas. & mox etiam varius & vanus eam te constituisse dicis, sed addito articulo, plerumque, qui regulis omnibus ineſt, & si plerumque ut aīs ac generaliter ea tua regula vera eſt, quod tuum ſolemne argumentum eſt, ergo valere etiam debere in ſpecie d. l. 34. perperam quia non quodcunque verum eſt generaliter, etiam ſpecialiter verum eſt. l. moris. §. ſunt autem. De pœniſ. exempli gratia verum eſt in genere hominem eſſe animal rationale, in ſpecie Iohānem eſſe animal rationale non eſt verum. Nouā vero eam regulam dixit quaſi nūquā a nemine proditam. nec enim illam, Cum principalis &c. quaꝝ eſt in tit. De diuers. reg. in. eſſe eandem quaꝝ de his eſt quaꝝ ab initio non conſiſtunt ut ſi principalis obligatio non conſiſtat, nec ſequela eius locum habeat, non de his quaꝝ cum ab initio conſiſſent, poſtea ſublata, ſubducta, ſoluta, perempta ſunt, ut docet Obſer. x v. c. x x i i i.

Transſ. al. 34. ad. 41. §. 1. quaꝝ eſt etiam de concurrentibus actionibus, in quam cum Dominus interpretatur conſequi eſſe conſequi ſententiam vel ſententia rem conſequi & ferre ut l. fi Prætor. §. 1. De iud. l. cū precibus C. de prob. l. vlt. C. de bo. auſt. iud. poſ. quo tibi mens obiicienti poſſe nos & aliis plerisque modis rem conſequi nedum ſententia, quaſi ille ſcilicet hoc ignorauerit, & non reſpexerit potius ad ſpeciem propoſitam quaꝝ pertinet ad iudicia ideoque per quam accommodate dixerit in iudiciis rem conſequi eſſe ſententiam conſequi. Interpretationem vero quam ad eum §. adhibuisti, etiam ſi eam voluas atque reuoluas quis vñquā adſequetur? Oedippo opus eſt. quod quām ſis infans aut hac aetate bis infans ſatis prodiſ qui nescis farī nec explicate ſenſa animi tui. ſed tibi portigena manus eſt. An hoꝝ viſ eum qui egit vna actione cum ex eodem facto id eſt delicto competitorē duæ, velutiarborum furtim cæſarum ex xii. tab. poſtea poſſe quidem reliqua experiſ etiam in ſolidum ut poſt multas controuerſias in hac ipſa ſpecie arborum furtim cæſarum obtinuiffe ait l. 31. De obl. & aet. reiccta eorum ſententia qui reliquam conſumi opinabuntur l. 34. cod. ſed officio iudicis potius quām actionis iure id tamē ſolū ſeſtre aetorem quod amplius in ea eſt, vel ſi in ea

non sit amplius sed tantumdem aut minus, id tatum consequi & ferre (hac tua sententia est, superiora tibi largitus sum quae nesciebas) quod iam priore iudicio consecutus est eoque solo contentum esse debere nec ferre quidquam aliud posse ex posteriore iudicio. quia duæ illæ actiones pro vna habendæ sunt ita ut quod altera sit consecutus possit actor videri & altera esse consecutus, quod priore, & posteriore. Non igitur posteriore nihil. Primum quod vis duas actiones pro vna haberi quas dicis veluti inter se mixtas (dicis intra se sed vis dicere inter se) quo auctore hoc dicis? nullo prorsus. qua vero fronte? fane dura. nam mixta inuicem dici non possunt quæ neque simul intendi & confundi possunt, neque eiusdem aestimatio- nis sunt, id est quæ & qualitate iudicij & estimatione separate & distinctæ sunt. quod cum ita sit, non potest quisquam dici consecutus, vna quod est consecutus altera, puta quod priori non potest videri idem consecutus posteriori quæ eiusdem fuit aut minoris estimationis. ex quo efficitur posteriore eum nihil consecutum esse neque consequi quidquam posse ut Dominus adseruit esse legendum in extremo d.l. 41. An vero vis speciem ita ponit ut prius actum sit actione minoris estimationis veluti ex lege Aquilia, deinde ex lege xii. Tab. quæ in singulas arbores æris xxv. inferri iubet & hodie duplum, & ita posita specie concludere in posterius iudicium puta ex xii. tab. deduci id quod priore consecutus est, & ex reliquo condemnationem fieri ut l.i. Arb. fur. cæs.l.pen.eod.tit. quæ coniungenda est cum d.l.41. eoque modo posteriore iudicio eum consequi non tantum reliquum sed etiam id quod consecutus est priore, quia & id quoque deductum est in posteriore. Ridemus valde calliditatem & ἀμφιβολίην quæ est in verbo deducere quatuor nos ludificaris. Si in actionem Arborum furtim Cæsarum deducitur id quod iam actor consecutus est priore iudicio, id est, si & hoc ipsum peritur posteriore, fatemur & hoc ipsum facta & in hoc ipsum condemnatione actorem consequi posteriore. Sed iniquum hoc esse ut bis idem consequatur. At si in iudicio de arboribus cæsis deducitur hoc est si iudicio subducitur id quod iam consecutus est, nego in id condemnationem fieri, & fieri dico in reliquum tantum ut ait d.

I.I.Si.

I.I.Si in id tantum , ergo id tantum ex eo iudicio consequitur & fert, ut etiam est scriptum in d.l.41.non etiam id quod iam ex priore tulit.nam iudicio detrahere & subducere aliquid & computare quasi iam acceptum, longe aliud est quam aliquid iudicio consequi. Quamobrem ad hæc verba d.l. 41.si tantum dem aut minus , id consequatur , siue ponas tantumdem aut minus contineri posteriore actione nihil ex ea actor neque genero deductionis neque vlo alio genere consequi potest,quia consumpta ea actio est, l. i. Vi bon.rap. d.l. 34. siue ponas plus cōtineri posteriore, quem tamen casum non ferunt verba d. l. 41. cum id ex ea tantum consequatur quod plus in ea est. ex ea igitur nihil consequitur ex eo quod priore iam consecutus est quodque posteriore deductum & detractum est.

AD CAP. XXX.

 V i s non dicat te & sermonis & rationis inopiam pati , qui enim qui docuit aliud esse nolle aliud non velle,& s̄pē numero alterum tamen promiscue accipi pro altero,a seipso dissentire dicis cum in l. 3. De reg. iur. nihil referre scribit legatur,Eius est nolle,an Eius est non velle nam qui hoc scribit quid aliud scribit , quam quod dixerat ante ea verba esse in vsu promiscuo & accipi alterum pro altero? vnde cum non simpliciter sed ex Basilicis scribit in d.l.3.esse legendum, Eius est non velle,an ideo improbat vulgarem scripturā, Eius est nolle,quam imo maximè probat , cum ad confirmationem Basilicæ scripturæ profert l. 4. De acq. her. quæ habet Nolle, eo plane demonstrans in conceptione eius regulæ nihil referre vtro verbo vtiamur, hoc si decies iteret atque iteret tibi , tu non exaudies, quia furor obturauit aures, & bis omnino volentem nolentem primum dixisse vel sensisse multum referre hoc an illo verbo suprascripta regula constitueretur, vi illata non scripto eius sed & cogitationi & menti quam tu formas , tibi & effingis vt libet arbitratu tuo , vt inde concludas , eum mutasse sententiam quam nullam mutauit, & mutasse motum scilicet admonitione tua,quā neque accepit, neque pluris facit quam teipsum quamue fungum putidum.

Rursus

Rursus quod non potes conuincere palam ex scriptis eius, id per argumenta tentas efficere. Variasse hominem, inquis, iudicium præbet quod cum prius scripsisset, Non velle esse taceere & pati & diuersum esse Non nolle, nunc scribit non nolle etiam esse pati, & Non velle, nolle. Vbi vero antea scripsit, Non velle & Non nolle esse diuersa? profet locū *περὶ τῶν ἀνθρώπων*. Et diuersa tamen esse fatetur si non velle accipias pro nolle, idem esse si accipias propriè pro tacere & pati ut illo loco Plauti. Nisi tu neuis.imo, haud nolo. Et variasse quod obiicis, id si fecisset non deputaret in vitio, & contra obiiceret tibi quod M. Tullius neminem doctum vñquam mutationem sententiae quasi inconstantiam cuiquam obiecisse.

Ab his desinis in conuicia, ad quæ ille, *χρυσοῦς κατατάσθιαν οὐκέτης*, quoniam à te profecta sibi ornamēto esse dicit. Nihil mouetur etiam eo quod mentiris in his libris bis aut ter eum a Tolosanis tulisse repulsam in petitione Cathedræ, quam eū a Cadurcis & mox a Biturigibus euocatum oblatam repudiasse testis est Senatus & populus Tolosanus qui nec destitit vñquam ab eo tempore eum sublatum ex oculis desiderare & requirere. Nihil eo quod Auarici Biturigum eum de iure ciuii li instituta publica disputatione in ipso penè exordio nequeūtem respondere his quæ obiiciebantur simulasse morbum & duxisse se ab schola ante tempus. Innumeris supersunt etiam hodie ex eo populo qui sciunt quā is strenuè se gesserit in ea. re, & a summo mane vti ad vndecimam persistenter iniectus, vtique exeunti & procedenti certatim multi adclamauerint, feliciter, multi, Aliis eum diebus viciisse alios, eo die viciisse se ipsum. Vnus tantum extitit qui offenderetur, quem ille male. disputantem rubore suffuderat, cuius tu solius quasi idoneo.

testimonio vteris. Verum age, & iis mendaciis super-

iniice alia & quantum potest onera hominem.

mendaciis & maledictis. hæc ipse non

curat, cui iam aures occa-

luerunt ad iniurias,

tuas. Vale.

**

AD



AD LIB. II. ANIMA D- VER S I O N V M

C A P . I.

N hoc capite suauissimum est quod in Virgilij-
locum de postuma prole recitatis quod erat
facillimum multorum interpretationibus nul-
laque probata ad extremū ita pronuntias. Mihi
autem videtur &c. ac si tibi ius facultasque es-
set vlla vel de minimo cuiusquam Latini au-
toris loco pronuntiare qui non tenes linguam Latinam nisi
eam quam tibi p̄dagogus tuorum nepotum adhuc quotidie
pr̄monstrat. Mihi videtur, inquis. Tune audes dicere tibi vi-
deri qui censendi nullum arbitrium habes.. Tibi videri post
tot auctores doctissimos etiam veteres. Tu post hos videri ti-
bi qui omnium quos vñquam habuit Aurelianis professorum
imperitissimus & indignissimus es. Quid vero tibi videatur, ri-
deamus. Id vt in pauca contraham hoc velle Virgilius vel An-
chises tibi videtur, Aeneas defuncto filium nascitum ex La-
uinia. nam & filij post mortem nostram qui nascuntur nobis
nascuntur l. Gallus. l. postumi. Stulte nolumus has leges in
hanc rem nobis adferas. hoc etiā pueri sciunt, defuncto postu-
mos educi, nasci, agnasci, hoc vel tua ancilla scit diobolaris.
Verum nemo ēst qui longæuo & seni agnasci dicat vel sentiat
eum qui mortuo, qui nullo agnascitur qui nullius æui cōpoti.
Libertus Orcinus non longæui libertus, sed vt Paulus ait nullius
libertus est. Et is postumus quoque non longæui filius, sed
defuncti filius hoc est nullius filius ēst οντας vt est in glossis
Philoxeni, quiue patrem suum nunquam vidit vt in oratione
pro Rabirio. Verum in summa hoc Iohanni ita videtur grauif-
fimo animaduersori quod antea vel nullus animaduerterat,
vel potius quia nemo non animaduerterat, nemo non indi-

gnum esse relatu existimauerat. Illud etiā quām ineptum nihil esse quod melius Cesellij sententiam adiuuet qui postumam prolem dicebat non significare eum qui mortuo Aenea nasceretur, sed qui Aenea iam sene necdum mortuo postremus nasceretur, quām quod mortui qui sunt relati in Deos, ut Aeneas a Græcis longæui dicantur. Cesellius longæuum accipit pro sene necdum mortuo. Tu Cesellum eo iuuari maxime censes quod lōgæuuus accipitur pro homine post mortem donato immortalitate vel Deo quolibet, quod perinde est ac si canem esse animal probare volens probares esse sydus.

AD CAP. II.

NON potes, inquis, abduci a sententia eorum qui postumum dici arbitrantur quasi post humatum patrem natum. Sane ita credo, non posse te abduci falso, non esse capacem veri. At perge, ne abducere, quis vetat? quis requirit sententiam tuā? quidue publice interest. posthumus scribatur an postumus? In eone sunt positæ facultates Galliæ? At noli scribere natos quidem viuo patre post testamentum postumorum esse loco, sed nusquam postumos vocari. Vlpianus 1.3. De Iniust.rup. Siue, inquit, post mortem testatoris nascatur siue viuo testatore, testamentum rumpi per postumum. & in 1.12. eod. Postumus, inquit, præteritus viuo patre natus decessit & 1.16. in fi. De test.tut. Postumis datum tutorem etiam his datum videri qui viuo patre nascuntur. Et tu ipse quoque infra Cap. x 1 x. postumum dices esse eum qui viuo patre natus est in 1.8. De lib.& post. Paulus 1.24. De lib.& post. Postuma si viuo patre nascatur. His locis & aliis plerisq; postumi vocantur. Præterea cum legis passim in iure, Agnatione postumi præteriti testamentum rumpi, hanc regulam visne ad eum postumum duntaxat pertinere qui post mortem parentis nascitur? qui sane dūtaxat ut ait d.1.3. §.1. postumus est, ex x 1 L tab. scilicet postumus legitimus per eminentiam, ut tutor legitimus, sed is qui viuo testatore, non ideo tamen minus est legitimus postumus nec ideo minus testamentum rumpit in quo præteritus est. Postumi Iohānes, alij sunt legitimi, alij Velleiani,

ni, alij Iuliāni. & omnes legitimi, omnes postumi. Da operam
I. Gallus. & hoc te perdocebit. Noli etiam argutari ex vñoris
vocabulo scripto sine afflatu semel vel iterum ex aduerso po-
stumi quod sine afflatu semper, aut Lorarij concidēt te & mul-
cabunt male. Cetera mitto. quia non potes capere quem ipse-
met Virgilius postumum interpretatur esse serum (vt Apu-
leius serum & postumam doctrinam) & Ausonius sūprenum,
pertinere etiam ad supremum ante mortem, quem & veteres
inscriptiones Pōstumum vocāt, vt Numam regem postumum.
Plinius x 111. (nam veteres scriptum habent postumi) quod.
post Romulum rex fuerit. & Tertullianus Postumum corpo-
ris quod cauda sit in animalis corpore postrema. quod & aliis
argumentis Domino probante tibi & aliis plerisque viris eru-
ditissimis hanc sententiam subsequentibus tu animo compre-
hendere vel noluisti vñquam vel nequivisti.

Falsissimum vero est quod scribis Plutarchum in Coriola-
no scribere postumum dictum ab eo quod post patris mortem
nascatur. Non dabo effugium non dimittam antequā tecum
batuero argumentum hoc quo vteris, Varro & alij plurimi
postumum dicunt esse eum qui post mortem parentis nasci-
tur quod xii. tab. indicat & nemo negat. Dico ex eo nemine
inferre posse postumum dictū quod nascatur post humatum
parentem, sed quod omnium maxime liberorum is sit postre-
mus qui post mortem nascitur, siue posterior, vt in d.l.3. quod
tu non seruas, iidem dicuntur postumi & posteriores. quoever-
bo plane indicat Vlpianus d.l.3. se vt in voce posterioris ita &
in voce postumi non notare nisi syllabam primam.

Idem id quod ex l. nomen de ver. fig. ita colligis. Nomē po-
stumē non cadit in eā quæ iā in rebus humanis est. ergo nō ca-
dit in eam quæ viuo nata est. nā eadē ratione nō caderet etiā in
eam quæ mortuo patre nata est. sed hic non est eius legis sen-
sus. Tota enim lex pertinet ad legata. Et hoc vult initio. Lega-
tum testamento filiabus relictū etiā postumē relictū videri, vt
l. qui filiabus. De leg. i. legatum autē relictū postumæ non vti-
que etiam filiæ relictum videri quæ tempore testamenti est in
rebus humanis, sed ei tantum quæ post testatoris mortem vel
post testamentum nascitur. quo nihil est apertius.



T A T V I S generalem esse actionem præscriptis verbis & condicione ex lege & conditionem triticariam & actionē de dolo. Actio præscriptis verbis datur tantum ex contractibus qui nomine vacant & sunt his qui nomen habent adsimiles siue proximi. Ergo specialis actio est non generalis. Condictio ex lege datur tātum ex obligatione quam lex introduxit noua. Ergo specialis non generalis actio. Condicione triticaria pécunia numerata non petitur. Ergo generalis actio non est sicut condictio certi vel incerti. Actione de dolo is tantum agit petita restitutione in integrum in negotiis stricti iudicij qui maior cum esset x x v. an. dolo malo aduersarij captus fraudatusque est, non ex alia causa. Non est igitur generalis actio. Sunt doli mali species variae. sunt & furti & iniuriarum, nec ideo tamen generalis esse dicitur actio Furti vel iniuriarum. ergo nec doli.

Addis has quatuor actiones non dati nisi aliis deficiētibus. quod est falsum omnino in condicione triticaria quæ concurredit cum condicione quæ ex mutuo nascitur vel ex stipulazione & cum condicione furtiu vel rerum amotarum & vi bonorum raptorū, & cum condictionibus omnibus & interdicto vnde vi.l.i.& 2. De cond. Trit.l. verum De fur. Falsum in condicione ex lege noua, quæ cōcurrere potest cum veteri actione si qua eadem de re fuerit, veluti actio ex lege Aquilia de arborebus succisis cum actione vetere ex x i i. tab. eadem de re, cui lex Aquilia nominatim non derogauit. l.41.in pr. De obl. & act. cui secundum vtriusque inscriptionem coniungenda est I.pen. Arb. fur. cæf.

Superdīcis, condicione certi etiam ex ea causa competere ex qua nulla alia sit prodita specialis actio, nec huius sententiae vñlum auctorem nominas. Tibi ergo non credimus. Ad fers tantum l.certi. De reb. cred. quæ contra hanc sententiam tuam non nisi ex his causis proponit competere cōdictionem certi. ex quibus etiam speciales actiones competit. Quod cum ita sit frustra queris cur fuerit necesse actionem præscriptis

ptis verbis introduci vel de dolo malo, suppetente cōdictione certi. nec enim condicō certi vel incerti competit vbi deficit actio specialis quæ p̄r̄beat causam agendi certi condicōne si quis ea experiri malit, suppetit tamen actio p̄scriptis verbis deficiente ciuili actione, itemque actio de dolo licet non deficiat pr̄atoria. nam & actioni p̄scriptis verbis quæ est actio in factum ciuilis, subsidiaria est actio in factum pr̄atoria, itemque actioni de dolo si quis honestiore iudicio configere velit, in factum scilicet non in personam, tamet si vi ipsa & in personam agat qui agit in factum.

AD CAP. IIII.

VT quod superiore capite eandē tradis esse certi condicōnem & actionem si certum petetur, & quod hoc capite eam non fātum ad pecuniam numeratam sed etiam ad alias res certas pertinere, ex quo sumpseris non ignoras, sane ex eo ipso a quo scribis absurde condicōnem triticariam arbitriis actionibus adnumerandi. quibus verò argumentis? Si, inquis, cōdīctio triticaria ideo esset arbitraria quod in ea agatur de aestimatione rei quæ petitur, vt nonnulli existimant, ex eo sequeretur condicōne certi pecuniam tantum numeratam peti posse. nam & aliarum terum aestimatio venit in certi condicōnem. itane aliarum terum aestimatio venit in actionem si certum petatur? non metuis Lorarios? imo, quoniam addis, venire tantum post moram. Ante moram igitur fateris non venire. & hac ratione locum aliquem relinquis triticariæ quæ & post moram & ante moram datur eius rei quæ petitur aestimandæ causa, sed ante moram. vt l. vinum De reb. cred. & l. vlt. De cōd. trit. decernit, & post moram vt l. pen. eod. quæ vera ratio est conciliandæ d. l. pen. cum l. vlt. & l. vinum quam tu nūquam intelligisti. neque indicatam tibi, etiam poteris vñquā intelligere nisi fortè latius tibi explicauero. quod nolo. quia nec tu vis tibi a me quicquam nisi quod subripueris. Sed & post moram falsum est in condicōnem certi aestimationem venire, quæ non est certa sed arbitraria hoc est in-

certa. In certam actionem non venit res vel aestimatio incerta. itaque in hunc casum maxime necessaria est condicō triticaria, sed & ante moram puta si vino credito copia non sit vini eo die quo vinum solui debuit. Sequitur aliud argumentum a definitione arbitrariæ actionis. Arbitraria actio est in qua arbitrio iudicis satisfit actori. §. præterea Inst. De act. huiusmodi non est actio triticaria. Stulte quis hoc tibi renunciauit huiusmodi non esse condicōnem triticariam? In ea actori non satisfieri arbitrio iudicis? quis hoc scripsit? tu hoc ipse tibi persuades scripsisse aliquem, in condicōne triticaria fieri condemnationem in simplicem rei aestimationem. quæso an simplicem dixit, qui dixit habendam esse rationem loci & temporis quo dari debuit, quique post moram dixit crescere aestimationem, ut d.l. pen. & vlt.

Ad hæc quid agis cum negas condicōnem triticariam pertinere ad incerta omnia. & exemplo apposito ais non pertinere ad vsuras, quasi vero usurarum sit incerta ratio, non incerti ratione, stulte, condicōne triticaria non pertinet usuræ sed quia pecuniariæ sunt. Et ad incerta omnia quæ quis sibi deberi intendit eorumque aestimationem, veluti facta & id quod interest, vnde probas eam actionem minime pertinere. quæ (hæc sunt verba Vlpiani) generaliter pertinet ad res omnes & iura omnia. & quæ ad alia incerta pertinet, nonne pertinet ad id quod interest. an non omnis actio est in id quod interest, expressa ex actoris dāno vel incommmodo vel iniuria? Non debui commutare tecum. & melius fecissem si me totum dedissem destringendo altero mulo Domini. Dum erga te tam iniquus esse nolo ut te defruudem his quæ tibi optimo iure debentur, sum iniquus in alterum.

AD CAP. V.

VI A superiore capite tibi ipsi nō satisfecisti, hoc rursus idem saxum voluis, & ut condicōnem triticariam probes non esse arbitrariam iterum argumentaris à definitione arbitrariarum actionum proposita in d.s. præterea, quem sane locum Dominus cum hac de re tractaret omisit, quia neminem tam fore stultum.



stultum arbitrabatur vt eo aduersus hanc sententiam abutetur. Arbitrariæ actiones sunt ex quibus si per iudicem vel quod idem est arbitrio Iudicis res qua de agitur actori restituatur, soluatur, exhibeat homo noxæ dedito, absolutio sequitur vt & de homine noxæ dedito nominatim est proditum l. si quis §. & si seruum De dolo sin minus grauior condemnatio sequitur in quadruplum vel duplum vt in actione Rationibus distrahendis vel quanti iudex arbitratus fuerit quantitative actor iurauerit in litem, & interdum cum infamia nota cuius generis sunt actio Publiciana, ac si Publiciana & in rem directa multo magis. ad cuius exēplum Publiciana comparata est, itemque Seruiana & quasi Seruiana & de dolo & Quod metus causa & Ad exhibendum & quæ commune nomen fecit suum Arbitraria siue vtilis de eo quod certo loco dari promissum est quam Theophilus perperam prætermisit, in d. §. Præterea nam & in hac actione verissimum est si iudicis arbitrio is vnde petitur satisfaciat actori sequi absolutionem l. 4. §. 1. De eo quod cer. lo. quem tu locum calumniaris cum aīs in eius specie actionem non fieri arbitrariam, non quidem eam, fateor, quæ ex cautione arbitrio iudicis interposita competitura est, sed eam in qua eo genere satisficit actori arbitrio iudicis (nam & cautio satisfactio est) non potes negare esse arbitrariam. Reo autem actori non satisfacente per iudicem, certum est condemnationem sequi quanti iudex arbitratus fuerit habita ratione eius quod interest rei vel actoris. Sunt & aliæ complures actiones arbitrariæ, vt in d. §. Præterea illa verba indicant, & ceteris similibus, ac sane confinium in quo simul sunt positæ ex duæ actiones, Arbitraria de eo quod certo loco & condicō triticaria, cum eo quod vt Arbitraria l. 3. De eo quod cer. lo. ita triticaria ad arbitrium iudicis refertur de quo disputat d. l. pen. & vlt. vt ipse pro sua religione rem quæ petitur aestimet modo pluris modo minoris pro ratione loci & temporis vel moræ debitoris, vt docui superiore capite, quæ inspectio tanti fuit apud Aemarū Ranconetū vt & hanc sicut & illā actionem maluerit. Conditionem Arbitrariā appellare quam cōdicionem Triticariā, hæc, inquā, fecere, vt conditionē Triticariam

Dominus

Dominus diceret esse arbitrariam, quod dicit & de aliis omnibus actionibus, quæ in arbitrium iudicis conferuntur, veluti condicione furtiva, Rationibus distrahendis, Pauliana, Fabiana, licet ante condemnationem nullū interponatur arbitrium siue præceptū iudicis quo restitui, solui, exhiberi, dedi iubeat. nam & in his actionibus arbitrariis in quibus plerumque solet interponi veluti De dolo vel *Quod metus causa vel in re non semper interponitur I. arbitrio. §. 1.* De dolo, in formula scilicet omittitur clausula de restitutione facienda arbitrio iudicis & apponitur tantum ea quæ de condemnatione est facienda in quantum iudici bonum & æquum videbitur. Denique arbitraria est actio cuius formula cōdemnationis modum confert in arbitrium Iudicis, & in bonum & æquum, siue inserta sit hęc clausula, *NEQUE EA RES ARBITRIO IUDICIS RESTITVATVR VT I.14. §. pro eo autem Quod met. cau. & apud Ciceronem in prætura Siciliensi, siue omissa sit.* Satis enim est si clausula de condemnatione (sic eam vocat Asconius Pædianus) conferatur in arbitrium iudicis. nihil est neque certius neque facilis. Lucifugo & tenebrioni nihil incertius, nihil difficilis.

Tenebriones dicunt regulariter actionum arbitrariarū duas. esse clausulas, vnam, Ni ea res arbitrio iudicis restituatur. are-ram. Ex bono & æquo condemnā eum iudex (enarrō quæ tu non potuisti Bambalio) specialiter vero receptum esse ut Arbitraria de eo quod certo loco dari oportet extremam tantum clausulam haberet. qua ratione vero? quia, inquis, loci adiectione pro iudiciaria admonitione est. Cur etiam in ceteris actionibus denunciatio actoris pro iudiciaria admonitione non est. Sed cur non etiam sua cuiusque denunciatio interior? *Quod* enim de tute in I.10. §. sicut De adm. Tut. ita de vnoquoque dici conuenit vnumquemque sibi verum & æquum denun- tiare debere. Conscientiam esse mille testes, aut cur potius hęc non erunt pro iudiciaria admonitione iussionē quām conuentio qua conuenit certo loco dari quid commune vel adſi- ne hęc conuentio habet cum præcepto iudicis. quæ species, qui color nisi ater, quæ umbra nisi tetra se obtulit tibi cū somniasti istam imaginem? Disce, stulte, nullam esse actionem ar- bitra-

bitrariam quæ non perfideat & que ex arbitrio iudicis ac ceteræ nullam quæ ideo minus sit arbitraria quod de restitutione priorem clausulam non habeat adscriptam.

Et noli quæso ut supra & in his tñ illo pereleganti sermone vti, ratione loci. Interest actoris non dñri, non solui quod promissum est. Corrigi. Interest dari. Interest solvi, aut te da his qui latera conscribillant.

Transeo ad alterum cornu. Duobus enim hoc tuum caput eminet. Altero petis, Domini futilem, ut vocas, opinionem quæ non loci tantum sed & temporis in conventione adiecti ratione existimat arbitriariam actionem dari, quam duxit ex l. 4. De eo quod cer. lo. quæ stricta actione ait peti dñtaxat pecuniari in stipulationem deductam nisi temporis utilitas interueniat, quibus verbis demonstrat ratione temporis arbitrariam fieri actionem. idque Dominus confirmavit ad Africanum aliis argumentis tribus aut quatuor. Tu respondes tantum ad d. l. 4. eam scilicet extra rem esse. quare? quia, inquis, actio arbitriaria non competit nisi loci utilitas interueniat. Bellissima ratio. quare manente tutela non datur actio tutelæ? quia actio tutelæ non datur nisi finita tutela. Cetera argumenta prætermittis. Et communem opinionem quam tueris nullo confirmas argumento. Denique rem hanc leuiter attingis quam Lemma ramen huius capituli pollicebatur te pertractaturum. inopia consilij te redigit ad incitas.

AD CAP. VI.



Vid tibi in mentem venit Iohannes Titulum Digestorum, De iudiciis sic interpretari, De actionibus. an eundem igitur facit titulum De actionibus, & titulum De iudiciis? An & in Codice titulus de iudiciis est de actionibus? nondum erubescis. an ~~hunc~~ similiter & ~~hunc~~ idem esse vis? an in Edictis prætorum idem esse iudicium dabo & actionē dabo? an nec pleniū esse vis iudicij quām actionis nomen? & interea quæso cur & si sepiissime prætor actionem dare polliceri, permittere, promittere dicatur, semper tamen

L men.

§2 No rata Ant. Mercatoris

men edicit Iudicium dabo , vix vñquam , Actionem dabo nisi addat , causa cognita ? rursus quid tibi vis cum mox in titulo De Iudiciis ait Iudicia esse disceptationes iudiciorum ? an es apud te ? sed disceptationes , inquis , iudiciorum realium , si tibi credere dignum est , non personalium , adsidens ei plane qui nolebat scribi De Iudiciis sed De vindiciis ? quid ? ille titulus non pertinet nisi ad reales actiones in quo sunt perscripta innumera de personalibus : fatuu ne es an fatuelus ? quid est præterea quod addis reales præcipue actiones inniti officio iudicis ? an non & personales plerque quæ arbitriæ dicuntur ? rursus quid est quod ait eum titulum complecti actiones reales & mixtas & in rem scriptas , & consimiles ? quæ sunt hæ consimiles ? & quibus sunt consimiles ? realibus aut mixtis an in rem scriptis ? quid respondes ? Cedo & aliam mihi in rem scriptam quæ proponatur in eo tractatu de vindicationibus præter actionem ad exhibendum quæ etiam non quod sit in rem scripta in eo proponitur sed quod maximè propter vindicationes inducta sit . nescis plane quid scribas . Quia vero ratione demonstras titulum de Iudiciis esse generalem nullam habes , nec possis etiam vlo modo docere generalem esse eum qui est de Iudiciis , id est , de disceptationibus iudicariis ut & ipse obiter interpretaris , quæ scilicet a litigatoribus exercentur apud Iudicem , de officio iudicis , ut Theophilus interpretatur , de ordine exercendorum priuatorum iudiciorum , qua de re etiam est titulus de pub . Iud . ut ex eius tituli legibus apparet ac præterea vbi quisque agere vel conuenire debeat , id est , de foro competenti , non de vindicationibus neque de cōdictionibus . quæstio vero eius tituli utrisque actionibus communis est , non propria vindicationum . Non potest etiam titulus de rebus creditis si certum petetur , & de cōdictione , esse generalis cum specialiter in eo proponantur duæ tantum actiones certi condicō quæ et si generalis sit non tamen ideo & titulus generalis est cum non complectatur etiam sequentium titulorum actiones , sed illam tantum certi condicō & specialem ex mutuo , nec moueor eo quod a Iustiniano secunda pars Digestorū appellatur De Iudiciis , tertia de rebus . quis enim nescit vetustissimum hunc esse morem ut qualitas edicti vel legis , vel libri

libri autem tomis per principia ostendatur, ut edictum uti possidentis. vel si arbor in alienas aedes impendeat, & lex quædam regia apud Festum a primo verbo nominata Parens. M. Tullius II. de legib. A pueris didicimus si in Ius vocat atque eat, eiusmodi leges alias nominare. quam consuetudinem & Hebraei servant librum Geneseos nominates In principio, librum Exodi, Nomina, librum Leuitici, Vocavit, Numerorum, Locutus est, Deuteronomij, Verba. Eodem exemplo secundæ & tertiae partis Digestorum nomen imponitur ex principiis, & secunda de iudiciis, tercia de rebus nominari quidē dicitur sed non etiam esse, quod tu non animaduertis qui confundis hæc duo, esse, & nominari. Stulte nominantur De Iudiciis, Non sunt de iudiciis, Nominantur De rebus, non sunt de rebus. Quintam vero partem iampridem ostendit nec tu negas, non habere De testamentis appellationem, sed primos eius partis titulos duos tantum, sicut nec sexta tota habet appellationem De bonorum possessionibus sed duo tantum libri primi & in utraque parte ea appellatio ducitur a principio tituli prioris, ac similiter eiusdem sextæ partis sequentes libri v. i. De legatis & fideicommissis à titulo primo appellationem sumunt. quanquam libri omnes sint De legatis & fideicommissis. nec enim ideo primus titulus est generalis, sed quæstionis potius specialis de legatis & fideicommissis initium. Quæstio est specialis, De legatis quæstio, ut hoc te doceam quod tui Calepini non docent, id est materia specialis. Generalis esset ea quæ institueretur de omnibus his quæ testamentis nuncupantur vel scribuntur, & generalis æque titulus ita conceptus. Specialis est quæ quique instituitur de legatis tantum & fideicommissis licet diuidatur in capita & partes siue titulos plures unoquoque titulo de specie illa iuris quæ est de legatis in se continente speciem specialissimam ut Dialetici vocant certam. quæ causa non facit magis titulum De legatis generalem, quam titulum De restitutione in integrum, partes quæ eum sequuntur De dolo, De minor. &c. vel titulum De in Ius vocando, tres qui ab eo quasi tria distincta capita descendunt, nec similiter titulum De Iurisdictione duo qui eum comitatur, nec titulum De iure Fisci in Codice pusilli complures qui illum sequuntur in unum.

confusi in Digestis Generalis titulus nullus est nisi sit in aliquo summo genere generalis, veluti De vindicationibus, De condicitionibus, De ultimis voluntatibus. Atquin nullus est talis in Digestis, nullus ergo generalis. & speciales denique omnes dispartiti nonnūquam & scissi in partes varias. aut si quis generalis hic in extremo tractationis alicuius ponitur ut communia declaret non in principio.

AD CAP. VII.

CV M de diuisione fructuū eius anni quo diuortium factum est agitur, aperte definit l. 5. & 6. sol. mat. annum computari ex die traditi fundi dotalis, si post nuptias, vel ex die nuptiarum si ante nuptias traditus sit ad eundem diem sequentis anni, & sic deinceps. nec distinguit fundus traditus sit exempli gratia, tempore vendemiae percepta vendemia. Tu Marrucine, distinguis. quia si eodem anno quo contractæ sunt nuptiae & diuortium factum fuerit ac fundus traditus sit tempore vendemiae, vis annum non computari prorsum ex die traditi fundi vel ex die nuptiarum sed retrosum ex die diuortij, ducto argumento ex l. 7. in pr. eod. tit. vbi agitur de fundo dato in dotem tempore vendemiae vel de ouibus datis in dotem tempore fætuarum vel tonsuræ aut lanitondij, ut vetus interpres Horatij loquitur, & si uno tantum mense steterit matrimonium dicitur mulieri esse reddendos fructus x i. mensium quod fructuum toto tempore quo curantur non quo percipiuntur habenda sit ratio. quibus verbis significari arbitraris retroagendum esse annum a die diuortij ad culturam & curam. perperam. nam reddere mulieri x i. mensium fructus quibus sicut mulier fundū coluit aut curavit oves ante matrimonium contractum, non est annū retroagere, sed demonstrare annum matrimonij incipere ab eo mente quo contractum est & non omnes fructus quos eo mense maritus perceperit ex re dotali ad eum pertinere sed pro rata mēsis unus tantum quo matrimonium stetit, reliquos fructus ante matrimonium ad mulierem pertinere perinde ac si ut curati sunt ante matrimonium.

& per-

& percepti essent. & hoc cum de reddendis mulieri fructibus agitur ut d. l. 7. in pr. & §. non solum. Cum vero de retinendis a marito, etiam nemo dixerit retroagendum esse annum ad id tempus quo maritus non fuit, quia nihil ei eius temporis ratione debetur. Nullo igitur casu retroagēdus annus est. Et vero diuortio factō intra annum matrimonij quæ ratio est retroagendi anni si fundus tempore vindemiae traditus sit quā si percepta vindemia statim traditus sit: quo casu non retro acti anni sed matrimonij tempus duntaxat spectatur quo scilicet matrimonium stetit §. e contrario. & rursus quæ maior ratio est retroagēdi anni diuortio factō intra annum quam diuortio factō post annum matrimonij? quo casu & tu fateris siue tempore vindemiae siue percepta vindemia fundus traditus sit, retro acti temporis ante matrimonium contractum fundumūe traditum rationem non haber. Itaque a pagesis illam retrocessiōnem anni & anjini tui.

Non intellexisti etiā hæc verba d.l. 7. in pr. nec animaduertiſti aliquantulum esse vitiata. Ita & si impensarum a muliere factarum ratio habeatur, cum plurimis annis in matrimonio fuit, necesse est primi anni computari temporis quod sit ante datum prædium. Sic Flor. alij habent temporis pro temporis. Flor. vero propior est, quæ ex hac nota, tps, fecit temporis pro tempus. Scribe igitur Tempus, ut & omnes manuscripti, quos mihi videre contigit & quidam excusi habent, & manifesta sententia erit. Si impensarum ratio habeatur à muliere factarum in collenda vinea quam pridie vindemias doti dedit, cum pluribus annis stetit matrimonium necesse est primi anni computari tempus; quod sit ante datam vineam ut scilicet deducat mulier impensas quas eo tempore in vineam fecit priusquam diuortio factō fructuum inter eos diuisio fiat. nihil vero refert vnde eas deducat, quod aī omnino esse deducēdas ex vindemias secundum verba supra scripta, id ea verba non ferre, hæc interpretatio perspicue demonstrat. & vero quid attinet quare re si mulieri satisfiat vnde satisfiat. Præterea si nihil referre vis vnde primi anni fructus mulieri restituantur, cur tamen vis referre vnde impensæ primi anni deducantur?

V L T A etiam peccas in interpretatione d. l. 7. §.
NPapinianus ac primum quidem cur cōstituis annum locationis quem instantem annum Pap. vocat qui cœpit a Kal. Nouemb. & non constituis annum matrimonij qui cœpit a Kal. Octob. de quo tamen potissimum agitur. An non huius constituendi maior ratio est quam illius, cum sit pro portione eius temporis a quo matrimonium cœpit in id quo finitum est facienda diuisio fructuum, non pro portione eius a quo locatio cœpit. Cur mēsem Octobrem qui primus matrimonij mensis est maius trahere retrorsum ad tempus præteritum quo matrimonium non fuit, & facere ultimum quam prorsum ducere ad tempus matrimonij & facere primum? aut quo auctore id facis? nullum nominas nisi d. l. 7. in pr. & §. non solum ubi superiore capite satis docui nihil agi de retroagendo anno.

Et contra ipsum Papinianum in specie proposita d. §. Pap. duos annos naturales spectas, vnum qui finem acceperit pridie Kal. Octobres, alterum qui initium Kal. Nouemb. cum Pap. aperte refellat eos qui duos annos constituebant ut Dominus docuit Obser. xiiii. Facile feram te spectantem per se annum locationis cum de tempore agitur locationis, sed velim etiam te annum matrimonij spectari per se etiam solum, nullo alio intermixto anno vllaue aliis anni parte. nec enim fructus diuidunr duorum annorum, sed fructus anni matrimonij qui ciuiliter aestimatur à tradito fundo vel matrimonio contracto non a cultura vel satione fundi etiam si tempore vindemia vel messis in dotem fundus traditus fit, quia & hoc casu messis aut vindemia accepta fertur anno tum inchoati matrimonij, quamvis naturaliter pertineat ad annum qui fuit ante matrimonium.

Illud etiam nemo ferat quod ait in specie d. §. Pap. quartam partem mercedis non esse confundēdam cum vindemiarum fructibus vniuersis sed cum parte dimidia & sexta id est do- drante vindemiarum. nam Pap. ait vindemiarum fructus confundi, cui non fuisset difficile exprimere dimidiā & sextam con- fundi

fundi si eam tantum existimasset debere confundi, & sane qui expressit quartam portionem mercedis non potuit sine culpa non exprimere etiam portionem fructuum vindemiarum si non vniuersos existimauit esse confundendos, cum quarta parte mercedis nec quod te fecellit, est verum eo modo constitui annum xv. mensium, quia Pap. computat annum matrimonij dumtaxat qui cœpit a die traditi fundi vel matrimonij contrati non annum præteritum cui post vindemias finem attulit October.

Summum peccatum in eo est quod tu neglectis ceterorum omnium interpretationibus, neglecta communis interpretatione, aut verius neglecta ipsius Papiniani expressissima sententia, veluti vates quidam ex celo delapsus nunc primum prodis in medium & nouam, inauditam, & mirabilem quoque extracta una syllaba interpretatione profers, vel potius longe aliam melioremque rationem Geometricam quam protulerit Papinianus, secundum quam in specie proposita fructus diuidi debeant inter virum & vxorem. Ego sentio, inquis, & ego quoque in eo quod ita pronuncias sentio aliquid quod mihi spucat nasum, confundi debere cum quarta parte mercedis non (ab isto Non oncare incipis) vniuersos vindemiarum fructus, sed quatenus illa anni retroducti ratio fert cum dodrante, siue novem duodenis partibus vindemiarum. Istum annum retro recurrentem iam abrogauimus. Verum eo paulisper concessio videamus cur ex anno isto retrogrado velis tantum in contributio- men venire fructus nouem mensium? nec enim est cur metus constituendi anni x v. mensium te in hanc sententiam perducat qui nullus subest, cum non rursum sed prorsum computetur annus matrimonii a die traditi fundi, nec fructus vindemiarum & locationis pro fructibus duorum annorum habeantur sed pro fructibus unius anni tantum incipientis a mense Octobri & desinentis ad eundem diem. Cur itē quod est absurdius vis eius temporis fructus in contributionem venire quo non fuit matrimonium, puta octo mensium qui matrimonium præcesserūt, quos insolidum lucro mulieris cedere constat nec ex eis ullam portionem marito deberi quia eo tempore nulla sustinuit onera matrimonij. Non potest igitur ea contributio induci

duci fine summa mulieris iniuria: Facile feram te, si ut in specie d. §. Pap. matrimonium steterit quatuor mensibus quæ annitertia pars est, & vindemia fuerit xii. pensio locationis totidem, viro dantem quatuor tantum vel si vindemia xxiiii. pensio xii. viro dantem vii. vel cōtra si vindemia xii. pensio xxiiii. viro dantem v. verum non si ratione retroacti anni, apagesis istam rationem, sed si ratione eius pecunia redactæ in assem quæ confusa est ex vniuersa vindemia & quarta portione mercedis, ita ut si eam pecuniam non redigas in assem, sed primo casu quo vindemiam ponis esse xii. pensionē xii. eam diuidas in xv. partes, viro relinquas v. si vero redigas in assem, id est, si ratione reuocata ad assem xv. quæ illa confusio efficit reducas ad xii. quod Arithmetici æquationem vocat, tum viro relinquas iiiii. duntaxat, quia hoc genere tanti sunt hæc quatuor quanti illa v. sicut hereditate a testatore diuisa in xv. vncias heredi scripto ex triente si dederis quatuor ratione reuocata ad assem rātum dederis quantum si seruata diuisione testatoris dederis v. ac similiter pertica diuisa in xv. partes si cui dederis v. rātundē ei dederis pertica diuisa in xii. partes si dederis iiiii. Proinde & secundo casu quo ponitur vindemia fuisse xxiiii. pensio xii. nihil refert ex xxvii. viro relinquas ix. an coangustato numero xxvii. ad xxi. viro relinquas vii. & tertio casu e contrario nihil refert ex xviii. viro relinquas vi. an arctato numero xviil. ad xv. ei relinquas v. Sed iniquitas occurrit hoc casu. nam qui interueniente sola locatione tulisset viii. vt §. e contrario, concurrente vindemia fert tantum v. vel vi. quam tu non remoues aut purgas cum ais eius diuisionis hæc esse rationem, quod marito portio mercedis simpliciter non debeatur quia merces debetur pro ratione dierum quibus locatio procurrit, licet peti nondum possit, puta non ante Kal. Iul. qui pensionum exigendarum dies solemnis erat. Qui balineum. qui pot. in pig. In ea igitur specie debetur pro parte quarta anni locationis, nec quod seruiat parti tertia anni qua matrimonii stetit ideo minus pro ea parte debetur. Alia ratio tibi quærenda est. hanc nunquam admittemus. Vera ratio pendet ex concursu vindemiarum quæ quod quandoq; possit longe vberior esse quam pensio quan-

quantacunque vindemia fuerit satis esse visum est, vindemias fructus omnes confundere cum pensionis parte quarta & ex ea summa viro relinquere portionem tertiam. Cōfundere autem maluit Papinianus fructus vindemias vniuersos cū quarta parte pensionis puta xi . cum iii . & ex ea pecunia marito dare tertiam partem, quam separatim ex vindemia tertia dare & æque ex quarta parte pensionis tertiam, quo genere seruaretur eadem proportio, non tantum ut ostenderet iuxta xi . regulam Euclidis lib. vi . eandem esse rationem confusorum antecedētium puta vii . & i . ad confusa consequētia iii . & i . quæ fuit cuiusque antecedentis cum suo consequenti puta vii . ad i . v. vel ii . ad i . sed etiam quia liberum erat viro retinere quartam tertiae partis pēsionis, quia non est plus quam tertia quartæ partis, ideo maluit ea cōfusione vti ut maritus quemadmodum ex vindemia retinet tertiam ita non retineret ex quarta parte mercedis nisi tertiam, quod fit necessariò facta confusione supradicta, non fieret necessariò facta discretione fructuum, quia omissa tertia quartæ possit vir dissimili ratione retinere quartam tertiae partis mercedis, & vindemias tertiam, quo genere nulla seruaretur proportio. nec enim hi sunt quatuor numeri proportionales xii . iii . iiii . i . At hi quos Papinianus facta cōfusione xi . cū iii . cōficit xi . iiii . xv . v . vel iiii . i . xv . v . sunt proportionales iuxta x . regulam Euclidis eodem libro. Si quod ex ductu primi in ultimum producitur, æquale est ei quod ex ductu secundi in tertium, sunt quatuor numeri proportionales.

AD CAP. IX.



ON es felicior in d.l. 7. §. econtrario. cum ad hæc verba Item si messes eius anni quo diuor-
tium factum est, colonum ex forma locationis
sequantur, ante vindemiam soluto matrimonio
nihilominus pecunia messium in computatio-
nem cū spe futuræ vindemias veniet, interpre-
tationem & specie adhibes huiusmodi. Mulier fundum fruen-
dum locauit quem postea Kal. Mar. viro dedit in dotem, di-
M uortium

90 Notata Ant. Mercatoris
uortium factum est Kal. Sept. post messes ante vindemias atque ita matrimonium stetit sex mesibus. In facienda diuisione fructuum Vlp. ait pecunia id est estimationem messium communis calculo subiici & confundi debere cum spe futuræ vindemiarum, ut omnis ea pecunia ex quo dividatur inter virum & uxorem nulla habita ratione mercedis a colono debitæ & anno computato a die perceptæ vindemiarum, & retroacto ad tempus praeteritum. Primum non cernis te ea verba, Item si messes. &c. alia constituta specie dividere ab ea quæ fuerat proposita initio §. econtrario in qua vir Kal. Mart. fundum locasse proponebitur non mulier & mulier Kal. Sept. fundum dedisse in dotem non Kal. Mar. nec tamen potuisti aut debuisti ea verba ab ea specie cui cohærebant diuellere. Omittis etiā quod in eo §. caput est mulierem fructus percepisse antequam fundum in dotem daret, quos Vlpian. post supradicta verba concludit ex eo apparete quod scilicet ante dixit, non venire in confusione, recte, quia nec quidquam in praecedentibus de eis confundendis proponitur cum mercede locationum vel spe sequentis vindemiarum. Præterea pecuniam messium accipis pro estimatione messium per quam absurdè. aut ista tua ratione alij etiam licebit dicere pecuniam fundi pro estimatione fundi & pecuniam iumenti pro estimatione iumenti. quomodo pecuniarum nomen Latini nunquam usurpat. Pecunia eo loco merces est ut & l. naturalis. §. at cum do. De præf. ver. l. 18. §. vlt. De stip. scr. l. 14. C. de loc. quæ scilicet ex locatione messium debetur quæ nec nisi in pecunia numerata consistere potest. & habetur ergo ratio mercedis a colono debitæ. Cur tu haberi nolis non magis demonstras quām cur fingas die perceptæ vindemiarum annum retro computari quo steterit matrimonium ut pro rata eius temporis quo steterit fructus lucro mariti cedat. cuius retroſæ computationis nullū auctorem habes. ego prorsæ auctorem habeo Vlpianum & Paulum, in l. 5. & 6. sol. matr. Et si vellem retrorsa vti male eam ducere a die diuortij, quam, ut tu facis, a die quo perceptæ sunt vindemiarum quo tempore desierat esse matrimonium. Redi igitur si sapis. ad speciem a Domino propositam qua nulla potest tradi neque facilior neque verior, nec post hac tibi unquam excidat nisi velis in Loris

riosque^{τι} **χρημάτων**, incidere ut pecunia fundi aut iumenti aut mes-
sis aut rei cuiusquam dicas esse estimationem siue ut quasi te
corrigen^s addis valorem, quia scilicet valorem dicere melius
est quam pretium aut estimationem.

Egregia etiam & apprimè necessaria in hoc capite est illa animaduersio cum messibus iunguntur vindemiz messes non accipi pro vindemiis. Hoc nesciremus nisi docuisses. sed cur non indicasti nobis locum aliquem quo non adiunctis vindemiis messes accipientur pro vindemiis?

AD CAP. X.

 V i fructuario dixit non adquiri fructus nisi quos ipse percepit vel ipsius nomine alius, deberi tamen ei vel heredi eius ex fructibus qui p̄debat vel qui non eius nomine percepti erant hoc est ex fructibus nondum suis factis eo anno quo finitus vel amissus vsufructus est, pro rata temporis quo eo anno in persona eius constitutus vsufructus, tu eum impugnas ac si scripsisset ei illos etiam fructus adquiri, dum auersus strabo lumine non facis discriminem inter adquiri & deberi. Res quam ego adquisiui potest alij deberi, aut in causa esse restituendi alij. Fructus a solo separati & extantes adquisiti bona fidei possessori, domino restituendi sunt. l. certum C. de rei vind. Fructus fundi dotalis qui pendebant diuorti tempore, adquiruntur mulieri, restituendi sunt marito pro portione temporis quo matrimonium stetit si anno imperfecto diuortium contigerit. d.l. 7. §. e. contrario & §. Interdum. In eum qui dixit deberi non adquiri, tu profers ea ipsa quæ idem ipse protulit ut probaret nō adquiri ut probes etiā non deberi quod quā sit stultum nemo non videt. Eodemque probante deberi ex l. si operas De vsufr. tu haec verba legis, si operas suas locauerit fructarius seruus & imperfecto tempore locationis vsufructus intetierit quod superest ad proprietarium pertinebit, tu non vis accipi de portione eius anni quæ superest a die extinti vsufructus ut pro ea fructus ad proprietarium pertineant, sed de anno sequenti ac si cuiquam dubium esset an sequen-

tis anni fructus ad proprietarium pertinerent. nec igitur vero simile est id in questionem vocasse Paulum in d.l. si operas. Præterea his verbis, quod superest, non possunt significari sequentes anni, sed residuum eius duntaxat quo interiit vsusfructus. nec enim annus anno superesse dicitur & l. xv 111. §. vlt. De stip. ser. quam aduersus residuum etiam tempus dixit, loco illorum verborum Pauli, Quod superest. ergo & quod mox ea lex subiicit, vnicuique tantum adquiri quantum iutis ratio permittit, etiam residuum tempus complectitur. Nec te mouere etiam debuit quod Vlp. ait l. sed & si quid §. si operas De vsufr. sequentium annorum stipulationem ad proprietarium transire. nec enim ideo sequitur, residui temporis stipulationem non transire, nam vt sequentium annorum & residui quoque temporis stipulatio ad proprietarium transit vel quod esse verius Pap. ostendit in d.l. xvi 111. §. vlt. quod tu non intellexisti proprietario adquiritur. nec enim semel fructuario adquisita stipulatio initio eius anni quo diem suum obiit, transit ad dominum sed ad heredem fructuarij, verum domino adquiritur, & sequentium annorum similiter stipulatio non transit a fructuario ad dominum quæ nec vñquam fuit quæsita fructuario sed domino acquiritur. & hoc est quod ait vnicuique tantum adquiri &c. & Vlpianum perstringit qui dixerat transire, cum subiicit, Secundum quæ non transit ad dominum stipulatio. Male etiam adsumis ex d. §. si operas hæc verba, mox restituerit, cum & sensus evidens & Flor. doceant esse scriendum, Mox restitutus, quia vsusfructus legatus in annos singulos, repetitus ac proinde capitis deminutione amissus, mox restitutus videtur. Addam obiter & quodam modo extra rem quod statui sequitur, in eo §. ambulabit stipulatio, id verba sequentia interpretari hoc modo, profectaque ad proprietarium redibit ad fructuarium, nam legi, ad heredem, quam maxime veto, nisi heredem accipere velis pro domino, vt l. hereditate §. pater De cast. pec.

Cæcutis etiam in eo quod existimas ideo pensiones locati fundi aut locatarum operarum serui fructuarij, non diuidi inter dominum & heredem fructuarij pro rata anni eius quo amissus vel finitus vsusfructus est, quod actiones eo nomine compe-

competentes, quæ ab initio anni fructuario adquisitæ sunt, ad heredem eius transmissæ sint. nam & si hoc ita sit, tamen pati heres debet ut in partem pecuniæ veniat dominus pro rata residui temporis quo vſusfructus non constitit, ne vltra mortem fructuarij porrigitur vtilitas vſusfructus, quod non male. Accursius ait Dominum consecutum condicione sine causa ut scilicet ex pensionibus quarum petitio soli heredi competit, heres domino conferat portionem ratam, sicut ex fructibus stantibus tempore mortis fructuarij dominus cui soli adquiruntur heredi fructuarij confert portionem ratam. quia dominij causa separata est a causa contributionis vel restitutionis. Tu Marrucine alteram cum altera confundis.

Non placet ratio differentiæ quam statuis inter fructuarium & maritum, quod fructus dotis speciali ratione ad maritum pertineant, puta pro oneribus matrimonij, quod est iure constitutæ dotis. nam & ad fructuarium pertinent propria & speciali ratione, iure constituti vſusfructus, & ad ytrumque communi ratione, id est, iure suo.

Non placet differentia quam statuis inter pensiones prædiorum locatorum & pensiones operarum vecturarū aut nauorum quasi scilicet pensiones prædiorum quodammodo natura prouenant succedantve magis in locum fructuum qui ex re ipsa natura proueniunt, pēsiones vero operarum prouenant obligationis iure tanquam aduentitia pecunia ex negotio gesto. nam & pensiones prædiorum non nisi obligationis iure & ex negotio gesto proueniunt, nec magis, quām illæ sunt fructuum loco. I. prædiorum. De vſur. I. 7. §. de pensionibus. sol. mat. I. 39. §. fructus De leg. I. I. ancillarum. I. mercedes. De pet. hered. Nec item quasi in pēsionibus prædiorum discerni possit tempus quo percipiuntur, non in ceteris. Et hæ & illæ diem suum habent, quo soluantur. Ergo & diem quo percipientur. Vnde lucet tibi magis harum percipiendarum quām illarum dies? aut quorum tibi *τιθησθε παραστασίας*. amouet mentem animi? Verum plane est quod audio te sub inumbrata quiete in omni actu hoc vnum agere ut induas simulationē sapientiæ. Seueritatem mentiris, ut Theodosius ait de tui similibus monogrammis Iurisperitis, dissimulas scientiam. Quærām & hoc abs te' cur

Domini sententiam impugnans quam duxit ex d. l. si operas & ex l. 5. §. vlt. Si vsuf. pet. aduersus l. si operas , cauillatus aliquid es, vt eam eluderes, aduersus d. l. 5. §. vlt. nihil omnino, quæ perspicue ait : mortuo fructuario hæredi actionem dari præteritorum fructuum quamuis eos defunctus non perceperit , nō etiā futurorum. quod plane demonstrat vltimi anni fructus , nondum à fructuario perceptos domino quidem omnes adquiri, sed hæredem fructuarij petere ab eo posse præteriti temporis ante mortem fructuarij portionem ratam.

AD CAP. XII.



V o d vsu receptū est, vt l. 2. C. de resc. vend. nō pertineat ad res mobiles , nisi pretiosas, id tu vt probes à iure ciuili dislidere, vteris puerili & sollemni argumēto tuo. Dic̄ta inquis, l. 2. vtitur generali verbo, Ré maioris pretij quo & mobilis & immobilis res continetur. ergo ea lex pertinet etiam ad rem mobilem. nec mouetis eo quod rem quama dixit initio postea fundum dicit quoniam hoc dicit, inquis, exēpli causa proponā verba legis vt *παθερητη τινα* conuincam, rem maioris pretij si tu vel pater tuus minoris distraxerit, humānum est vt vel pretium te restituente emptoribus fundum venundatum recipias. &c. quid ais? in hac oratione fundum non minari exempli gratia? Quod rem dixerat initio demonstrat esse fundum, exemplum esse non demonstrationem rei? An etiam l. 1. §. 1. de reb. eo. qui sub tut. cum ait initio , si communis res, & paulopost subiicit, agrum, exemplum subiicit non demonstrationem rei quæ non potest esse nisi immobilis ex oratione Seueri de qua eo loco agitur. An & in l. 1. C. si per vim vel alio modo &c. cum interdictū vn de vi quod constat nō pertinere ad res mobiles l. 1. §. illud vtique de vi & vi ar. dicitur compete re cuiuscunque rei possessione quis vi deiectus fuerit, eo sermone etiam dicemus comprehendi rem mobilem? Quod itē vsus excipit res pretiosas id, inquis, cum iure ciuili non congruit. Stultu, quid ais? Non congruit cum iure ciuili vt res sine pretio pretiosę eodem loco habeantur quo res immobiles,

vt in

ut in eadem Oratione Seueri eadem est condicio immobiliū & mobilium quæ pretiosæ sunt l. 22. C. de adm. tut. vt margarita apud Plinium Hist. naturalis lib. ix. proditum est censita fuisse in rebus mancipi quibus tamen non solent connumerari nisi prædia & iura prædiorum & mouentia quædam non mobilia, qua ratione & Constitutio Leonis de non alienā dis aut pignorandis rebus immobilibus Ecclesiæ, trahitur etiā ad mobiles quæ pretiosissimæ sunt veluti vasa, ornamenta vestesve sacras. I. sancimus C. de sac. eccl. His exemplis motus qui quod est constitutum de re immobilē d.l. 2. trahit etiam ad mobilē, veluti ad gemmā immēsi pretij quasi & hæc sit loco rei immobilis, tibine videtur aberrare a iure Ciuii?

AD CAP. XIII.

Beneficium d.l. 2. probas pertinere etiam ad emptorem hoc argumeato. In pretio emptionis & venditionis licet, utique se inuicem circumscribere. Par igitur & æquabile est ut utriusque idem beneficium detur si circumscriptio modum lege definitum excedat. nego consequentiam est enim dispar ratio emptoris & venditoris, in maiorem fraudem venditorem inducit necessitas, emptorem cœca cupiditas & stultitia, vt ait l. 3. Ad leg. Fal. & latius exposuit Obs. xvi. Proinde æquius est venditori quam emptori subueniri. Stultis subueniri non solet. l. pen. §. pen. De iur. & fac. ign. In altero argumento quo uteris est ~~meropera-~~ longè maior. Cum agitur de aliis causis ex quibus tam emptori quam venditori subueniri constat, ut puta si dolo, vi aut metu extorta emptio venditio sit, venditoris tantum leges mentionem faciunt non emptoris, & tamen emptori ex iisdē causis subueniendum esse nemo ambigit. & ad eundem ergo modum ex causa proposita in d.l. 2. & aliis cōstitutionibus quæ cum ea consentiunt, quamvis venditoris tantum mentionem faciant nihilominus emptori succurrendum est. At domine Antecessor, in hac causa omnes leges subueniunt venditori, nulla emptori, in superioribus causis non soli venditori omnes leges opitulantur sed etiam emptori l. arbitrio. §. de eo. l. quod

quod venditor de dolo l.ca quæ §. vlt. l. in vendendo §. 1. De-cont.emp.l.6. §. pen.l.14. §. si venditor de act. emp. Ab his argu-mentis configis ad Harmenopulum apud quem legitur scri-ptum ex hac causa venditionem rescindi nisi circumscripto præstetur τὸ περισσότερον τὰ διαίτες quæ verba non animaduertis esse mendosa. nec enim satis est venditori circumscrip-to restitu superfluū dimidij quodve amplius in dimidio est, sed su-perfluum iusti pretij, vel vt ait l.2. quod deest iusto pretio, vel vt Nouella Romani, τὰ ἀναπλήσσοντα τὰ τιμῆματα suppleri, & restitu oportet, vt si rem dignam x x. vendiderit v 11 1. dumtaxat non satis est ei restitu duο, quod memini Dominum docere ad Africanū tractatu 1111. Sed restituenda sunt xii. Itaq; scribendum eo loco τὸ περισσότερον τὰ τιμῆματα Tu cū legeres τὰ πλεῖστα vertis, te in gyrum & ea verba inuertis hoc modo, Di-midium cum excessu. quid sit dimidium intelligo, dimidium alterum quod numeratum non est. nunquid aliud? Dimidiū enim cuius pars numerata est refundi non debet sed quod ei diuidio deest dumtaxat. Quid sit excessus non intelligo. vel enim est id quod deest iusto & vero pretio rei venditæ, vel id quod deest iusti pretij dimidio. Atquin defectus vtrumque est potius quam excessus. Non video etiā vt hēc verba τὸ περισσότερον τὰ διαίτες possis interpretari, dimidium cū excessu, super-fluum dimidij (hoc enim verba sonant) hoc est vt interpre-taris diuidium cum excessu. Et ex illo tandem loco Harmeno-puli quid efficis: idem quo priore argumento. Propositionem esse generalem, Contrahentes se inuicē circumscribere posse. ergo & exceptionem, Ni circumscrip-to superet diuidiam iusti pretij debere esse generalem, id denique facis quod est in vete ri prouerbio Anus redit ad armillum.

Et inter hasce campas etiam ponis in contractu emptionis venditionis potiores esse venditoris partes & ab eo imprimis causam emanare contractus, quod si esset verum, si non essent per omnia pares emptoris & venditoris partes utriusque ex eo contractu non daretur actio directa, sed venditori directa em-ptori contraria. Aequa falso sum est quod subiicis, in hac quæstio-ne eandem esse rationem emptoris & venditoris, nihil respon-dens ei qui docuit loco iam ante notato longe diuersam esse rationem, quod & in aliis causis frequenter euenit.



N permutatione admittis locum esse beneficio d.l.2.ex eadem Obseruatione, recte. si modo quia uterque emptoris & venditoris loco habetur. l.sciendum. §.pen. D. ædil.ed. utriusque id dederis quasi venditori, non quasi emptori, male, si & quasi emptori. quia soli vèditori tale beneficium competit.

In locatione etiam & conductione verum est eiusdem legis beneficio locum esse, sed ut in locatione operarum est proditum, in forma quadam præf. prætorio apud Harmenopulum III. Epitomarum, Tit. V III. ita scilicet ut artifici tantum beneficium detur qui locauit operam suam mercede certa. At in ea forma præfecti prætorio interpretada te nihil dulciss est dum agitur pro perito linguae Græcæ solo Lexico suffultus, ex quo nec erubescis transcribere integra verba & inde quasi ex adyto aliquo in formis præfecti prætorio ab Harmenopulo editis interpretari $\tau\alpha\chi\mu\alpha$ & $\tau\alpha\chi\theta\sigma$ non conuentionem contrahentium sed $\chi\hat{\mu}\alpha$ siue formam extruendi operis, quam nesciuersti synopsin appellari, ut in Constitutione quadam Theodosij & Arcadij ad Salustium P. V. his verbis, iam illud ipsares exigit, ut & synopsis operis extruendi fidei tendatur examine, & apud Frontinum de limitibus agrorum his, Nam quod ad synopsin pōtum pertinet &c. non modulos in l. 8. §. sciendum. de no. op. nunc. in qua Marrucine modulos sumere non est synopsin operis facere sed admetiri quod iam ædificatum est, ut probari, inquit, possit quid postea ædificatum sit, quam in rem synopsis foret inutilis, non item $\tau\alpha\chi\mu\alpha$ quoniam eo nomine placitum & cōuentio significatur. Vis hoc probem ex eodem Harmenopulo? Is lib. I. Tit. V III. $\sigma\alpha\mu\beta\delta\lambda\alpha\omega\rho$ definit esse $\tau\alpha\chi\mu\mu\alpha\chi\pi\tau\alpha\chi\pi\mu\alpha$ $\pi\tau\alpha\chi\pi\mu\alpha\chi\pi\mu\alpha$ $\tau\alpha\chi\mu\mu\alpha\chi\pi\mu\alpha$ hoc est præscriptionem pactorum & conuentorum, non præscriptio nem pactorum & formarum quarundam exædificationum. Vis probem ex l. 4. C. de recep. arb. vbi verbum $\tau\alpha\chi\theta\sigma$, conuentionem facit. Vis probem ex eodem ipso loco Harmenopuli, si in eo $\tau\alpha\chi\mu\mu\alpha$ sunt formæ vel synopsis operum comparatur

N ergo

ergo contractibus emptionum & venditionum , quum ait,
οἰοὺ τῷ ταῖς πράσινοι καὶ ἀγοραῖς ἐσὶ τῷ νόμῳ, τέτονται δὲ τοῖς συχίμασι &c.
Synopsis adficij comparatur contractui , aut verius quod in
contractu iure proditum est , idem porrigitur ad synopsis ex-
truendi operis. quo quid stultius ? Imo quid stultius omni illo
scripto nisi comparetur contractus cum contractu ? quid se-
quitur? discedere si possit διότι οὐκ εἰσοχεῖται, quod est, Soluantur mercedes
secundum id quod conuenit , tibi autem soluantur mercedes
secundum formam propositam.i.secundum synopsis faciendi
operis. quid etiam hoc stultius, solui mercedes non secundum
conuentiōnēm sed secūdum statum, & tamē, formam adficij.
nihil etiā stultius quām existimare idem non esse τὸ αἴρεσθαι &
τὸ σούχηνται nihil stultius quām ἵπαξκα interpretari edicta pro-
vincialia,nihil stultius quām quod est aperte proditum supra-
dicta forma p̄fecti prætorio,id est, ἵπαξκα subueniri quidem
locatori si merces de qua conuenit minor sit dimidio iūstæ
mercedis? non etiam conductori si merces dimidio sit amplior,
id tuam excellentiam vel ut tu loqueris, antecessuram tuam,
ita intelligere posteriore casu quo merces dimidio sit amplior,
modo dimidio non sit amplior φεύ, φεύ τὸ τιματολογεῖται.

Risu pene desipiunt qui hæc legunt & cetera de modulis, translatâ ex lexico Brissonij, & insigne illud interpretamen- tum, Modulo se suo metiri id est forinula calcei sui an sua vel calopodio, & cetera quæ de forma calceorum vel aquæ du- stuum. Miser homo, vale iterum atque iterum.

AD CAP. XVI.

NON est verum quod ait in specie I. Titia. §. qui inuita de leg. 2. soluto matrimonio patrem exegisse dotem sciente & palam contradicente filia. primum enim vulgo male in eo §. legitur, Non ignorans, quod esset, sciens, & ex Flo. legendum est, Non ignoras. deinde quod ait patrem exegisse inuita & non consentiente filia, non hoc utique est contradicente vel renitente sed & absente & ignorantie filia. nam & inuita & non consentire dicitur quae absens & ignorans est I. 2. §. vlt. sol.

sol. mat. l. filiæ C. eod. l. post nuptias. De iu. dot. Non est etiā verum quod aī ex l. si cum dotem §. si pater sol. mat. si absente & ignorante filia pater dotem exegerit, & filia in legato sibi à patre relicto tantum acceperit quantum est in dote non esse filiæ aduersus maritum vtilem de dote actionem, etiam si non probetur patrem dotis nomine legatum reliquisse. nam lex hoc non dicit. Etiam si non probetur. &c. At non dicit etiam dotis nomine relictum fuisse legatum, verum intelligitur satis ex eo quod alterutro vult eam esse contentam, ac si legatum acceperit compensare legatum cum dote. quæ compensatio inducitur etiam in §. qui inuita, vt plane eadem sit species utriusque, & tu etiam id legatū sequenti capite fateris dotis nomine fuisse conceptum. Illud quoque verum non est, legatum imputari in dōtem quod nō est relictum dotis nomine. Fateor imputari in legitimam. nego imputari in dōtem. idque probo ex l. si pater. De do. col. nec ideo quod dos imputetur in legitimā, possis nisi ridiculè concludere & legatū imputari in dōte. Quam obrem si filia legatum imputauerit in legitimā, integra ei aduersus maritum erit de dote actio si eam sine consensu eius pater exegerit nec compensabit cum dote legatum quod non dotis nomine relictum est. alioquin oneraretur legitima, quæ non dico onus æris alieni sed nec aliud quocunque onus inse- recipit l. quoniam in prioribus C. de inoff. test. & onus esset si legatum quod vicè legitimæ accipit filia compensare tene- retur cum dote sibi suo iure debita. l. 81. Pro soc. l. pater filiam. Ad leg. Fal. cui tu conaris quidem respondere, sed non respon- des, qui scintillam cōscientiæ si aliquam haberes, aut non ten- tares respondere, aut perspicuè responderes. Non respōdet qui obscure & infidiose responderet & aliis verbis quam quæ in iure solemnia & visitata sunt. Quæ enim hæc sunt verbane an portenta, in l. pater. Debitum licet minime sit voluntarium & in quo is testator ius aliquod habuerit, id tamen initium & can- fam ab alio antea habuit. Debitum, vt arbitror, vocas dōtem quam filiæ debet pater. imo non debet, quia vt in ea lege pro- ponitur à genero dōtem non repetuit. & si repetuit sine volun- tate filiæ, etiam non debet eam filiæ. sed maritus vt eadem lex ait illo loco, à marito debeatur. Debet obliquè, vt aī, paulo

prius. quis de debitis obliquis quidquam vñquam inaudiuit? Et rursus debet inuoluntariè. Ex delicto igitur has solas agnoscimus inuoluntarias obligationes & *αυτια συναλλαγματα* quæ ex delicto nascuntur. Atquin illa si qua est non est ex delicto. ergo non est inuoluntaria. Sequitur. Et in eo debito pater ius aliquod habuit. Debitor omnis habet ius in debito. Sane ita est quoniā eius quod debet dominus est. At pater dotis filiæ nomine datæ dominus non est, vt seq. cap. demonstrabitur. quod igitur ius in dote habet? nullum in dote ius habet, sed in filia ius potestatis quod habet, id est, quod tu forte arbitraris eum in dote habere. Et vt habuerit ius ideone magis debuit cum eo filia compensare Falcidiam. Debuit inquis, sed ideo non compēsat quia debitum ab alio initium & causam habuit. Debitumne ab alio quam a debitore. & si non a debitore, a quo igitur? Lucumo explica mihi? An a marito? Si a marito maritus igitur debitor est non pater. & vero ita est in specie eius legis. Rursus si fieri aliqua ratione potest vt debitum quod quis debet ab alio initium & causam habeat, cur eo casu compensatio debiti non admittitur cum eo quod iure hereditario capit. Lucumo excute intelligentiam tuam aut si quid in te pudoris resideret absconde te in latebram aliquam æquè atram atque atræ sunt & fuliginosæ cogitationes tuæ.

AD CAP. XVI.



Neadem specie & quæstione §. si pater, si tantum mulier ex legato patris consecuta sit quantum ei dotis nomine debetur a marito qui patri dotem soluit, nihil lucrifacit. Imo, inquis, lucrifacit quod iuris in dote habuit pater, quia dos professio communis fuit patris & filiæ, & pater legando dotis nomine legauit ei ius quod in dote habuit. Tecum ipse pugnas. superiore enim capite in d. §. si pater dixisti legatum non fuisse relictum dotis nomine. Ceterum dos est communis patris & filiæ. Esto. At qua ratione nempe quia communis de dote exactio est, communis stipulatio reddendæ dotis l. 2. & 3. sol. mat. verū dos certè ipsa bonis patris abscessit & in bonis filiæ est. l. 4.

De

ad libros Animaduers. Io. Roberti.

701

Decollat. l. i. §. vlt. l. vlt. De col. do. Et vt ait l. pater. De euict. non sicut filiæ dos est ita patris esse dici potest. nec cogitur pater eam conferre fratribus suis manente filiæ matrimonio. Itemque filia si patri heres existat dotem repetit iure proprio non iure hereditario. l. pater filiam Ad leg. Fal. l. 8i. Pro soc. Denique vt filius viuo patre bonorum paternorum quasi dominus est. l. In suis. De her. inst. Sed dominus sine re. l. 4. si aliena res pig. da. sit. l. 3. C. de pat. pot. ita pater dotis quam dedit filiæ nomine, quam filiæ proprium patrimonium fecit, quasi quodammodo dominus est, sed dominus sine re. nec obstat quod iterum nubente filia dotem minuere potest quoniā hoc tantum potest vno casu si vi aliqua maiore euersus sit facultibus ex Nou. xcxi. quo etiam casu à filia cui plus esset in manu exhibendus esset. Ex hoc casu male concludis patrem in dote iuris aliquid habere, alioquin concludes eadem ratione & in castrensi peculio habere. quoniam & ex eo pater alienus est si laborat inopia. Etiam nego legatum filiæ relictum dotis nomine non conferri fratribus. Cum enim vice dotis fungatur, ius dotis sequi debet. nec l. 16. C. de collat. quidquam in eam rem facit. quia non loquitur de relicto dotis nomine. Et quod subiicis utile esse legatum si pater filiæ dotem leget quam genero promisit ex l. cum pater. De iur. dot. est de dote quæ nondum abscesserat bonis patris. Nos Marrucine de dote agimus quæ abscesserat bonis patris. Denique deficiunt tibi artifacia, deficiunt sophismata, cauilla omnia nec potes efficere vt filiæ lucro cedat legatum in quo non plus est quam in dote, non magis quam vt lucro cedat mihi legatum rei meæ aut mihi debitæ. quibus rationibus motus Observator scripsit ex d. §. qui inuita esse legendum in d. §. si pater, si amplius ab eo consecuta sit quam ei dotis nomine
ne debeat a marito qui patri soluit. nec
enim alia est species vel quæ-
stio huius quam
illius §.

*

N 3 AD

Notata Ant. Mercatoris
AD CAP. XVIII.



L A N E ostendis te nō legisse quæ de regula illa, Libertatem adimi non posse Dominus scripsit Obs. xvi. vbi planius ex posuit quod breuiter & paulo obscurius scripserat in l.13. §. regula de lib. & post. & docuit quod & exemplum ei subditum demonstrat in d. §. regula de seruo herede & libero esse iusso, libertatem quidem seruo reliqtam qui heres scriptus non est licet olim non potuerit, adimi, hodie tamē adimi posse l. i. De ademp.li.l.26.l.vl.In fi. De adim.leg.l.fi seruus. De fid.lib.l.si peculium §.i.de man. test.veruntamen non posse eā adimi quæ seruo heredi scripto ex assē vel ex parte data est quia vt nihil heredi à semetipso legari potest ita nec adimi l.6. §.vlti. De her. inst. Denique libertatem heredi à semetipso adimi non posse. Contra adfers d.l.26.malè, quia non loquitur de seruo herede scripto sicut nec alię quas attuli supra, quæ dicunt libertatem adimi posse. Item adfers §.seruus autem Inst. De her. inst. in quo is qui seruum heredē & liberum esse iussum, alienat, à libertatis datione destitisse videtur. quod & verum est. sed hoc ideo quia alienare plus est quam adimere. factio testatoris à quo directo & à quācūq; libertas proficiscitur. l. i. C. de nec.ser. puta alienatione libertas reuocatur vel potius pro non data habetur, non etiam ei adimitur à semetipso. Denique quod ademptione fieri non potest fit alienatione.

Post hæc constituis hanc regulam, Hereditatem adimi non posse. quam esse prorsus falsam ex ipsæ leges ostendunt quibus ad eam comprobandum vteris, ac primum l. si certarum. §. si eodem. De mil. test. quæ & à milite dicit exheredatione adimi hereditatem posse & quidem solam saluis legatis & fid. & ceteris omnibus, quæ testamento scripta sunt, & à pagano quoque, sed ab hoc non solam, quoniam adempta hereditate heredi scripto ex assē cui datus substitutus nō est & cetera quæ in testamento scripta sunt corruunt, quo sensu nihil est euidentius. Facest hinc ille tuus, quasi solā hereditatē in eo §. Gaius dicit eam quæ soli delata est puta heredi scripto ex assē. Gaio si hæc mens esset tam inepite non loqueretur. Tu qui hac mente cum.

eum ita loqui vis, magnam ei iniuriam facis ut quod solus quis fit heres, solam hereditatem dicat? Deinceps te auctore dicamus, Qui vnicum heredem reliquit eius solam hereditatem esse. Ne dicamus, eius qui plures, heredes reliquerit solam, sed multiplicem aut pluralem esse, dicamus quod nemo dixit vniquam. Ad hæc in paganis certum est etiam heredi scripto ex asse hereditatē exheredatione adimi posse ut in formula creationis quod & l. i. §. pen. De his quæ in test. del. docet, dum ait iure adimi posse hereditatem totam, imo solam si modo heredi scripto ex asse datus sit substitutus à quo substineatur testamentum, substituto verò non dato solam nō posse adimi quin & cetera omnia quæ in testamento scripta sunt corruāt. Quod vero ait d. §. pen. hereditatem semel datam facile adimi non posse, aperte demonstrat adimi hereditatem posse, sed non facile, non temere, puta non nuda volūtate, nō codicillis, sed vel exheredatione eodem testamento facta vel alio testamento iure perfecto. Tu, Non facile sic interpretaris, casu aliquo, ac si lex diceret regulariter hereditatem non posse adimi, posse adimi aliquo casu, quo vero casu? Cum, inquis, is cui portio hereditatis adimitur habet coheredem vel substitutum à quo substineatur testamentum, is cui tota hereditas adimitur, substitutum. quid si heres ex asse toto non habet substitutum? an ideo minus poterit ei hereditas adimi exheredatione vel alio testamento? quid item si ex parte scriptus non habeat substitutum? an non poterit ei hereditas adimi? quid si non habeat coheredem? Sæpe enim fit ut heres scribatur ex parte non adiecio coherede an & hoc casu non poterit ei hereditas adimi? Non animaduertis in eo §. pen. agi de adimenda hereditate sola, quod in paganis non potest fieri nisi is cui adimitur coheredem vel substitutum habeat: legisti & peruulisti scriptum Domini in d. §. pen. nec quidquā potuisses in eū, & maluisti te deridendum præbère interpretando, Non facile. i. aliquo casu, quā in eo omni quod is scripsérat eius accessio esse. Vx tibi cū hisce interpretationibus quas latinus sermo pati nō potest. Hereditatem semel datam facile adimi non posse, quid aliud est quam regulariter hereditatē adimi posse suo & legitimo modo, sicut si dicerem Obligationem semel contractam non facile

cilē tolli posse quod nihil aliud est quā tolli posse suis & legitimis modis, solutione, nouatione, acceptilatione &c. non quibuscūque iuxta id quod ait l.43. §.1. De obl. & act. certis modis deberi desinere. nā & ira certis modis adimitur hereditas. Verū ut obligationē semel natā denasci, tolli, interire posse, ita & hereditatem semel datā adimi posse generalis & vera regula est, quāuis neq; illa neq; hēc quoquomodo tollatur vel adimatur. ex quo satis intelligitur quā sit stulta illa tua, Hereditatē adimi nō posse. quod perinde est ac si dices regulariter ambulatoriā nō esse voluntatē defuncti usque ad mortē, vel, Testatorem non posse mutare testamentum. Subiicis, Eodem referendum quod dicitur in l.6.§.vlt. De her. inst. eodem. quo vero? non audes nec potes explicare. Et mox comprobari id l. Seius ad leg. Fal.l.vxorem §. heres De leg. 3.l.paterf. De her. inst. quas Dominus notauerat. quid id est quod his legibus comprobari ait, explica mihi. Omnes probant, si unus vel duo sint heredes scripti vni vel omnibus exheredatione hereditatem adimi posse & ademptionem valere si non sit facta in fraudem iuris publici. Audis exheredatione. Directo igitur. fit enim exheredatio verbis directis, quamobrem etiam ea codicillis scribi non potest l. non codicillum. C. de testam. §. codicillis Instit. de codic. Proinde perperam separas exheredationem ab ademptione directa. nam & exheredatio ademptio directa est. Et exheredatione etiam adimi dicitur in d. §. si eodem sed non sola si heres sit exasse nec substitutus ut dixi quisquam ei sit. alioquin & sola ei adimi potest. Perperam exheredationem esse ademptionem obliquā. Si obliquam enim, ergo factam verbis fideicommissi. quod est manifesto falsum. Cedo eius verba. Exheres esto. Esto estne fideicommissi verbum? Illumne aliud verbū mage directum? Iteras non possit adimi hereditatem nisi ei qui coheredem vel substitutum habet. quod satis refutauit supra. Potest enim adimi etiam nullo existente substituto vel coherede sed non adimi sola. & mox ita pronūtias, Non posse adimi hereditatem nisi ei qui eam adiuit. quo nomine vapulabis nisi prouideris & quam primum mutaueris tam stultam propositionem. Marrucine, non possum adimere legatum nisi ei qui id iam sibi adquisuerit: non exheredem facere non mutare cum qui me

viuo neque adiuit neque adire potuit? l. 27. De adq. her. Addis
stultitia pari, Non posse hereditatem adimi nisi à coherede ex
l. 6. §. viti. De her. inst. quæ de libertate loquitur non de he-
reditate. & à coherede etiam libertatem adimi non dicit. quia
nec certe à coherede adimi potest, cum non à coherede acci-
piatur l. ex parte De adq. her. idemque est in hereditate quia
pendet à testatore solo. alioquin nec cuiquam dati posset ex
asse. Ut datur, & adimitur. Si ex asse datur ergo & ex asse adimi-
tur, cum adimere volenti testatori est eodem testamento vel
alio. Non ergo coheredē desiderat à quo adimitur. Quod ve-
rò Dominus ostendit in d. §. regula, ita esse scribendum. Régu-
la est iuri's ciuilis qua constitutum est, libertatē adimi non pos-
se, quia subiicitur statim exemplum de libertate adempta fan-
tum seruo heredi instituto cum libertate, quæ vana & inutilis
ademptio est quasi à semetipso facta ab eo exemplo ductum.
argumentum extrema dementia est id eludere ac si exemplum
illud esset intelligendum etiam de hereditate adempta. Liben-
ter pro libertatem reponeres hereditatē, & ita scribebas, Quā-
uis dominus ademerit eodem testamento hereditatem quod
plane etiam facis dum libertatis nomine etiam hereditatem
intelligis, & hac comparatione vteris, ut ademptio totius here-
ditatis & libertatis ademptio est, ita & ademptio libertatis, adé-
ptio hereditatis est, hoc postremum longe reicio quia ponis a-
dimi posse libertatem quæ non potest adimi reuocari potest a-
lienatione, sed & ea reuocata falsum est reuocatam institutio-
nem videri l. 6. §. seruus. l. 50. De her. inst.

AD CAP: XIX.



R e o in l. 8. De lib. & post. non est scribendum;
Si à Primo herede instituto filium exheredaue-
ro quoniam, inquis, exhereditatio à persona fa-
cta non valer & quæ sit à primo herede institu-
to sit à persona. Aut desipis aut quod magis ere-
diderim hoc scribis mala fide, nam si primus
est unus ex heredibus, sit sane ab unius persona. & ita loqui-

tur l. 3. §. filius eodem l. non putauit. §. si ab uno. De bono poss. con. tab. si Primus solus heres est non sit ab unius persona. Atquin Primus solus heres institutus fuisse proponitur in d.l.8. & a quo ei substitutus Secundus solus. ergo non a persona unius sed ab unico facta exheredatio est. quae ab unico sit, a gradu sit ipso quo is heres institutus est. quae ab uno ex pluribus, a persona non a gradu, imo nec a persona quoniam ita Latini non loquuntur, sed a persona unius. ac praeterea si Primus & Secundus in ea lege sunt appellativa non propria nomina, perperam his adiungis alia. nec enim cum secundum heredem dixit pro substituto, recte addit substitutum sine copula quae faciat $\pi\mu\gamma\mu\tau\mu$ vel $\pi\mu\alpha\lambda\alpha\lambda\sigma\mu\mu$. Hoc autem proponitur initio d.l.8. non secundum Iuliani sententiam ut tu ait sed ut Flor. secundum sententiam qua vtimur hoc est secundum Catonianam regulam quae & sententia dicitur l. Iulianus. De cond. & dem. secundum ius quo vtimur ut ait l. 7. eod. Si filius a Primo herede Instituto exesse exheredatus sit, a Secundo substituto praeteritus, & post mortem patris moriatur deliberante Primo, deinde Primus hereditatem repudiauerit, Secundum non posse adire hereditatem sed legitimum vocari. Et subiicit eadem esse dicenda si idem in filio postumo acciderit ut viuo patre a quo exheredatus est moriatur. Perperam dicit Idem, qui non repetit eandem speciem. Non est eadem quia posuit filium mortuum post mortem patris, & nunc ponit postumum mortuum viuo patre, quo casu posito non est prorsus idem dicendum in postumo, quia iure praetorio substitutus ad bona peruenire potest l. postumus De iniust. nup. nec potes, argutari cum Accursio, postumum natum viuo patre mortuum post patrem. nam & sermo Pomponij eam interpretationem non admittit, nec vir eruditus quoque eam admiserit vñquam, & ut iampridem Dominus docuit frustra ponitur postumum natum viuo patre, nihil enim refert quod ad rem propositam attinet postumus mortuo an viuo patre natus sit, nam & si mortuo patre natus sit ac deinde mortuus, verum est substituo locum non esse. Tu niteris ostendere vel tantillum interesse & natus iste tuus desinit in foria. Non potes etiam Marrucine Accursium tueri hoc colore quasi idem { nescio cur mutet idem in id}

in id) quod accidit in filio non acciderit etiam in postumo natus & postumus viuo patre natus sit. Nam verbo Acciderit mors significatur. I. in vulgari §. vlt. De verb. sig. quod & mox Pomp. ita explicat, dum subiicit, Acciderit ut moriatur. Vita qua vivimus nobis non accidit sed est de sustantia nostra. Denique vita in actu primo est substantia per reductionem; non accidentis. Operatio tantum vitalis est accidentis. Vtrique vero i. filio & postumo mors contigit viuo & deliberante Primo, ut etiam cum plures instituti essent in l. 14 proponitur postumum viuis heredibus institutis & deliberatis vita decessisse. Quid vero in eo etiam attinebat comparare postumum filio quod & ipse vixerit viuo patre, quod viderit & riserit patrem, an hoc quidquam facit ad ius de quo queritur in d.l. 8. vel an demutat ex eo aliquid. Addo quod dixit Pomponius in filio, idem cum iterare in filio, si ita legamus in d.l. 8. cum subiicit, idem esse in postumo viuo patre nato. quid enim postumus viuo patre natus aliud est quam filius? & ex tua disciplina si recte contendis Cap. 11. postumum non dici eum qui viuo patre natus est, aut non teste Pomponius postumum dicit viuo patre natum aut tua concidit disciplina quam tamen Dominus hoc loco quodammodo sequi videtur nec sequitur tamen cum superioribus rationibus adductus pro viuo patre, reponit, Viuo Primo, a quo exheredatus sit, quoniam & supra dixit a Primo fuisse filium exheredatum. & quod in filio idem omnino nullo depto vel addito etiam in postumo ponere oportet. At tu facesse hinc, *νέωθη μολιερός* qui que luce clariora sunt prestigias vocas, q. & verba extrema l. 8. quoniā cū natus est filius, loco eius est qui superstes est quibus ostenditur qua ratione idem seruetur in postumo post mortem patris nato, quod in filio, referendo ad natū viuo patre, facis ut vtraq; pars legis sit de filio, nulla de postumo.

AD CAP. XX.



C^TI O de qua agitur in l. hæc actio. sol. mat. est conditio ex lege Iulia. Hæc est illa, inquit Dominus diu perquisita nondum ab interpretibus iuuenta actio. Non certe ab Accursio quem habuit ob oculos cum hoc scripsit quo ut in aliis & in hac re ceteros interpretes non

408 Notata Ant. Mercatoris

existimat esse sapientiores. nec fuit tum ei curæ ceteros inspicere quos nec tum habuit in potestate sua ut verè profiteri possit se iudicatum tale eis prorsus non debere. verum gaudet tamen quibusdam ante idem venisse in mentem quod & tum venerit sibi. vbi autem dolus malus abest plagium arguere non nisi maligni calumniam est. Sciant omnes & scripta eius satis testificantur quamvis ab hoc virio longe abhorreat, quamque libenter quod ex aliis sumit id eis bona fide reddat. mirum est plagium uno loco fecisse eum qui nihil magis vitat quam plagium quique aliis etiam locis in hoc crimen incidisse non arguitur. & interim diu perquisitam esse eam actionem non potes negare. cum ex quinque aut sex queratur quænam ea sit, mandati an negotiorum gestorum, an actio de dote, an condicione sine causa, an condicione ex lege, an condicione ex cautione, & quod tu eum ambitiose dixisse mentiris necdum inuentam eam ab interpretibus etiam verum est, quia nondum inter se certi constituere potuerint quænam ea esset singulis dantibus suam, & te quoque nunc tuam, nempe actionem de dote, non conditionem ex lege Iulia. quod falso scribis Pap. tradere in l. dotalem eod. tiru. in qua seruotiali manumisso inuita vxore maritum ab eo ex asse heredem institutum, alteram tantum portionem restituere dicit actione de dote non etiam eam quam ut patronus consequi potuit ac debuit, & alteram si soluendo sit maritus, actione de dote. ergo soluto matrimonio, non constante, cum tamen eam quæ iure patronatus debetur vxor consequi possit, etiam constante matrimonio condicione quæ ex lege Iulia descendit. d. l. hæc actio, quod & in d. l. dotalem interpres Basil. addit, non actione de dote. Tu d. l. hæc actio pene circumscribis, cum eam coangustas ad easum quo maritus soluendo non est, ut idem dicat quod l. si constante in pr. eod. & quo voluntate mulieris seruum dotalem manumisit, quo fane casu cessat lex Iulia, & tamen ut l. si vero. ita l. hæc actio quæ sequitur necesse est referre ad legem Iuliam. Non ergo ad hunc easum sed ad illum quo maritus soluendo est & manumisit inuita vxore aut negotio vxoris gesto quo & si lex dicat agi posse etiam constante matrimonio, tu omnium hominum qui sunt, qui fu-

runt,

tunc, quīque futuri sunt stolidissime, audes dicere agi tantum posse soluto matrimonio. & idem flagitium audes in l. si constante §. si vir. eod. quasi cautio ea de re non possit exigi nisi soluto matrimonio, quæ in similibus causis exigitur statim l. si quis seruum. De act. emp. & in hac quoque causa, ac si fuerit interposita ex ea quoque agi constante matrimonio potest.

AD CAP. XXI.

BSERVATOR veterem adnotatiōnem quam vocat ad l. cum Stichus de solut. non tuam intelligit sed aliam quæ his verbis p̄scripta est. Contra in l. §2. C. De ver. obl. Sed dic quod illa loquitur de electione facienda per duos heredes quæ numero sit quia sunt duo heredes. Verum hæc lex loquitur de certis hominibus qui debentur in specie. Hæc est illa vetus adnotatio quām Observator intellexit. Tu es similis Prisco Iauqeleno qui quodam recitante sua carmina & ita incipiente Prisce Iubēs, cum se vocari arbitraretur, subito respondit, Ego vero non Iubeo. quod plerisque commouit tisum. Erat omnino Priscus dubię sanitatis, inquit Plinius, intererat tamen officiis, adhibebatur consiliis, atque ius Ciuale publicè respondebat. Idem de te multo magis pronuntiare licet qui cum audis veterem adnotatiōnem, tuam esse eam arbitrari, nec enim quæ vetus dicitur tua esse potest nisi sic dicitur vetus. ut vetus vinum. & cuius sanitatis est etiam quod sit vetus eam existimare ab Observatore damnari, qui non sectatur nisi vetera, recentia fugitat quæ tibi sunt vetera. Et contraria ratione cum legis, Nam quod Ioannes scribit &c. non te intelligit sed Ioannem Bossianum veterem interpretem. Verum ad rem. Si quis generaliter duos vel x. vel C. homines stipulanti promisit quod dicitur inter heredes & dominos diuisionem fieri numero. l. §4. & 117. De ver. obl. cum eo pugnat d.l. Cum Stichus, quæ diuisionem fieri ait specie non numero x. hominibus promisis. Tu primum respondisti eam legem esse accipiendam de certis x. non de incertis generaliter promisis. Deinde reprehensusa Domino, conceplisti id ac-

O , cipien.

cipiendum esse de x. hominibus generaliter promissis sed de promissis tantum seruo communi: nam si alij sint promissi, numero non specie obligationem diuidi. quod omnino est contra d.l.54. quæ etiam duobus hominibus generaliter promissis seruo communi, inter dominos ait numero fueri diuisionem, perinde atque inter heredes alterius stipulatoris. Nihil autem refert duo an x. generaliter sint deducti in stipulationem. Non est etiam verum quod ait d.l. 54. in stipulationem deducto Sticho & Pamphilo corpore diuisionem fieri, idem obtinere duobus Stichis in stipulatum deductis. nam pro numero qui stipulationi adiectus est diuidenda stipulatio est. aut sane non fuit cur in l. Cū Stichus separaretur stipulatio Stichi & Paphili ab stipulatione duorum Stichorum vel duorum Pamphilorum si & qui duos Stichos stipulatus est pro eo est ac si hunc & illum Stichum stipulatus esset.

AD CAP. XXXI.



ALICABANT etiam oculi cum legisti veterem adnotationem quam Dominus protulit in medium ad l.2. De bon.eor. qui ante sent. quæ res fecit ut eam existimaris esse tuam & longiorrem ab eo factam quam tu fecisses. Non tua Iohannes sed vetus interpretatio ea est his concepta verbis. Contra in l.eius qui. De iu. fis. sed dic quod hæc lex loquitur de eo qui fuit à latronibus nominatus & pro confessio habitus obiit corrupto accusatore, ibi tātum corruperat delatorem. nec habet quidquam amplius. Eam Dominus reiicit hac ratione Nā & is, inquit, qui accusatorem tantum corrupit, satis habetur pro confessio atque conuictio. &c. & hoc vult eum qui accusatorem corrupit, hoc ipso satis haberi pro confessio l.eius. De iu. fis. Secundum veterem interpretationem: eum etiam qui à latronibus nominatus est, pro confessio habitu antequam moretur corrupto accusatore, ergo ex nominatione sola, satis haberi aut fuisse habitum pro confessio. Ex abundanti igitur addi in d.l.2. eum etiam corrupisse accusatorem. At falsum illud esse existimauit quod vetus interpres dixit, nominatū haberri pro confessio.

confesso. Et quātum ad reum qui corruptit accusatorem satis ob hoc solum quod corruptit accusatorem, eum habeti pro cōfesso etiam si à latronibus nominatus non sit. & verum est Nō-minationem nihil adiicere. nam quod adfers ex l. libertus §. in quæstionibus Ad munic. nominatos & non accusatos ad nouos honores admitti non posse, falsissimum est. nam qui accusatorem non habet ab honoribus non prohibetur. l. 6. §. si quis accusatorem. De mun. & hon. & in specie d. §. in quæstionibus etiam nominatos accusatorem habuisse. illa verba demonstrāt, ante causam finitam, hoc est ante sententiam vt l. 7. De mun. & honor. Nominatio etiam imo nec accusatio non facit vt magis pro confessio habeatur qui accusatorem corruptit. Nihil ergo prorsus adiicit, & ideo si postea decesserit non relinquere eum defensionem heredibus rationis non est. Sic affirmat esse legendum in d.l.2. Hoc enim sermone plurimum negatiue vti mur vt l. i. C. quom. & quā. iud. Vos damno onerari non est rationis, & apud M. Tullium, De Volusio quod scribis nō est id. rationis. & in l. cum post. §. i. De iu. dot. etiam Dominus affirms esse legendum, rationis non est. verba autem illa Basilic. ἀφανεῖσθαι γενέσεως que his latinis respondēt, vt confessi de crimine, quia scilicet quasi suapte confessione prodiderunt se, & his græci interpretis, οὐ πολλούς συντετρέψαντες τὸ ἀμάρτημα te interpretari hoc modo, hoc est eo magis effetti manifesti siue certius conuicti, qui audiunt vel legunt quid aliud dicant non habent quam vt te ad mastigophoros deduci iubeant, simul vt eo castigere, quod dixisti ita posse accipi verba d. l. 2. Sicut nominatim & propalam confessi de crimine defensionem relinquunt heredibus non ita defensionem relinquere heredibus nominatos à latronibus qui accusatores corruperunt. ex quo sequitur plus nocere confessionem tacitam cuius argumentum probet redemptio accusatoris quām expressam. quo nihil absurdius est. Si enim qui accusatorem corruptit defensionem non relinquit heredibus, & multo minus relinquit eam qui palam confessus est. nam hic pro damnato habetur, & post damnationem causa retractari non potest, ille pro damnato non habetur d. l. eius. quamobrem eius defensio adhuc in integro est.

Notatā Ant. Mercatoris
AD CAP. XXIII.



ON das hoc capite nisi risus & iocos. Non dixi, inquis, constare id quod est controuersum sed quod non constat inter omnes. Et id quod non constat inter omnes diuersumne ab eo est quod est controuersum? Et mox, qui dicit constare non utique dicit constare & in comperto esse omnibus, Sed interdum constare sibi etiam si non constet aliis. quod neque probas neque probare possis. Imo probas contra teipsum hunc constare esse non constare inter omnes. Nihil igitur inter constare esse & constare inter omnes. quod verissimum esse interpretis essem si aliis probare ex locis cum nulla fete sit pars iuris in qua constat vel non constat non reperiatur pro inter omnes constat vel non constat quod aliter, placet inter omnes vel non placet l.21. De compens. vel conuenit l.87. De adq. hēr. apud Solium, pars sententia est inter omnes. Id, itaque, probas ex loco Ciceronis quo scripsit, Et si constat aliquem Athenis certe die fuisse, non tamen constare inter omnes. quod Cicero niusquam scripsit. Non constare quidem dixit pro non constare inter omnes. non dixit tamen quod constat non constare inter omnes. Nihil vero attinebat duobus locis quibus Dominus ostendit Ciceronem cum de iure ageret conuenienter uti iuris consultorum verbis, constat inter omnes, te alios addare ex distinctionariis emendicatos quoniam ab illis dissimiles sunt nec enim usurpanter in re propria hoc est in re quæ ad ius vel ad iuris consultum pertineat. Nemo est etiam qui non rideat cum probas quod constare dicitur saepissime dubitatione non carere aut non esse perpetuum. an enim ideo minus constat inter omnes? quis dixit vñquam constare inter omnes id quod dubitationem nullam haberet? quodue perpetuum esset? quis negat omnem definitionem iuris esse periculosa? Rident etiam omnes non glossas iuris Canonici sed te solum cum eas in tuū auxiliū accersis, & id quod iuris auctores nullam dubitationem habere dicunt, cum aliquam dubitationem habere dicis. Vale o homo ridicule, & quod inter omnes constat nisi inter eos qui ipsi quoque insaniunt insanissime..

AD

AD CAP. XXIIII.



As etiam hoc capite risus & ioci plurimum. ac
primum quidem cum re ipsa neglecta quæ est
de interdicto De tabulis exhibendis annum
sit an perpetuum, magnam partem eius consu-
mis in Sententiarum Pauli, in quibus est ea de
re locus egregius, auctoritate approbanda vel
improbanda. & mox cum ad rem ipsam aggressus negas te hoc
argumēto vsum, anni non habetur ratio in l. i. C. de tab. exhib.
Ergo interdictum de Tabulis exhibendis non est annum.
Verum fateris te longe deteriore vsum, nempe huiusmodi,
Si pupillis dati sunt substituti & mortuo patre substitutio-
nis casus extiterit fieri potest ut extiterit triennio aut quadriennio
post mortem testatoris, & tamen substitutis d. l. i. ait da-
ti interdictum de Tabul. exhibendis. Ergo interdictum de Ta-
bul. exhibendis datur post annum. Quis hic non optimo iu-
re rideat? quia Clarissime Domine siue datur post annum si-
ue intra annum ut tua sententia sentit, annus non cedit a mor-
te patris sed a morte pupillorum a qua primum hereditas ad
substitutos pertinere caput. nec enim superstibus pupillis ad
eos pertinere potuit. l. 2. §. interdum. De vulg. subst. l. i. De her.
vend. Debuisti fateri te priore vsum quod erat probabilius.
quodque qui te adsidere sanò arbitrabatur etiam te intelli-
gere putauerat non præsumperat. Si nihil præterea est in hoc
capite, per te igitur licet deinceps interdictum de Tabulis ex-
hibendis adserere annum esse. quod & verissimum est. Cete-
ra, inquis, quæ iactat vel adfert quam sint levia quis non per-
spicit? eadem facilitate dicam. Quām sit Iohannes male famus.
quis non perspicit?

AD CAP. XXV.



N l. ii. §. Aristo. Quod vi aut clām; quod proponitur:
emptorem in fundo vendito morari cui nondum
fundus traditus erat ex causa emptionis, id non pos-
sis referre ad aliam quam precarij causam. Nam pre-
cario rogantis verba, hæc sunt, ut sibi in fundo morari liceat.

114 . . . Notatā Ant.Mercatoris

l. 6. §. is qui l. pen. De prec. & ex causa emptionis nusquam quisquam si traditus ei fundus sit in fundo tantum morari dicitur sed fundum possidere. Quod tamen dicit Aristo de emptore qui precario in fundo moratur, idem non nego, imo vero multo magis exemplo Vlp. in d. §. Aristo adfirmo obtinendum esse in emptore qui conducti iure in fundo est, quoniam facilius datur interdictum Quod vi aut clam emptori qui fundum conductit quam qui precario habet. huic enim datur res utenda tantum illi etiam fruenda, & ita in l. 3. C. de pac.int.emp. quod scriptum est de precario probauit pertinere ad conductionem & contra in l. seruus. De per. & com. rei vēd. quod tu cum scribis eum ridicule & frustra probasse, nec causam dicis eut id ridicule & frustra probauerit nonne vides belua quam tu te ipsum præbeas ridiculū, certe non minus quam illos qui oras Digestorum notulis hisce implent, Ille sic emendat vel interpretatur. quod non probo. Et quod addis id anxiē eum probasse unde tibi istius anxitudinis iudicium?

Quod autem fingis in fundo morari alia ex causa posse emptorem puta si venditorem possessorem ministerio suo fecerit, per quam stultum est. nec enim accommodari hic casus vel modo potest ad §. Aristo. quoniam in eo proponitur, ut initio dixi, nondum fundus emptori fuisse traditus, ex causa emptionis. emptorem igitur non possedisse fundum & solus possessor alium ministerio suo possessorem facere potest non etiam non possessor.

Quo tibi etiam mens fuit, ad id quod ille scripsit detracta negatione à d. §. Aristo, illo loco, Ego si post in diem. &c. te nunquam probaturum si in eo Vlpianus pro certo constituit, interdictum Quod vi aut clam dari emptori qui precario in fundo moratur, non inepre idem ab eo postea reuocari in dubium, cum ita rescripsisti id te non ferire vel nihil ad te pertinere, quia, inquis, omnino negauit id ab Vlpiano reuocari in dubiu. & hoc ipsum quod tu negas non aliud Dominus etiam dixit te nunquam cuiquam probaturum. te, inquam, non posse approbare, Flacce arrige aures, id ab Vlpiano in dubium non reuocari. Argumentum est ad hominem vel ad peponem si homo

ad libros Animaduers. Io. Roberti.

113

homo non es. Id autem ab Vlpiano postea in dubium reuocari, ille locus ostendit, si tamen precario sit in possessionem, videamus &c. quo quasi timidè scribit quod à primo scripsérat adseuerantius, & non hoc sentit quod tu ais, non tantum quia eius intersit, sed etiam quia qualiter qualiter possideat interdictum ei dari sed quia qualis qualis sit possessio id est licet possessio non sit interest ipsius, vi aut clam opus non fieri. Et qualiter qualiter possidere dicit, ut in Flor. scriptum est ut qualem qualem possessionem. l. gerit De adq. her.

Falsum etiam quod ais in extremo Aristonē scripsisse possessori non semper esse denuntiandum. Legas Pandectas Florentinos, & inuenies Aristonem scripsisse, non possessori esse denuntiandum. Quod subiicis quia licet emptori sit denuntiatum qui in fundo moratur siue facta siue non facta in diem addictione, hoc quoque Aristo neq; scripsit neque sensit: quia de facta tantum in diem addictione iam à §. si fundus instituta quæstio est, quæ non adeo esset difficilis non facta in diem addictione. Et si, ut ais, ex Aristonis sententia infert Vlpianus Ergo &c. id igitur Aristonis sententiaz non suæ adhibere debuit, & dicere Ergo putat, non, ergo putem. At relata sententia Iuliani & Aristonis, ita suam exponere incipit, ut & Flor. scriptum est Ego putem, ut in l. 3. §. sed vtrum. in fi. De minor. Ego puto. & l. 1. §. vlt. De riuis. l. 2. §. Interdum De vulg. substit.

AD CAP. XXVII.

NVTILITATIS nomen quod alio quodam loco
requiris indicari tibi inuenies apud Lucretium
--Aurumque iacebat, inquit,
Propter inutilitatem hebeti mucrone retusum.
Rem ipsam inuenient alij in toto hoc capite latè diffusam,
inuenient & mendacia iterata eadem, quæ mihi satis est eli-
sisse semel.

P 2 AD



V m post aduotationem quam fecerat Dominus ad l. pro emptore. §. si à furioso pro emp. Basilica reperisse & retinere illa verba. Nec publiciana cōpetit, id clam studiosos habere noluit, & motus auctoritate Basilic. Auarici ab hinc annis amplius x 1111. non motus tuis scriptis quæ pluris non facit quā fungos putidos quæ etiam nulla dum exierant enarrando tit. De publ. in rem act. publice docnit verū esse summo iure quod ait d. §. si à furioso, si quis rem emerit à furioso quē furere ignorabat, nullam esse emptionem, publicianam non competere nec actionem de euictione nec accessionem possessionis, atque adeo nec vsucapere eam rem emprearem posse, sed ut ibidem dicitur vtilitatis causa receptum esse ut vsucapere possit, sic & cetera omnia eadem ratione recipienda esse, & hac vtilitatis ratione nisi quod ait l. 7. §. Marcellus. De pub. in rem act. Publicianam competere. Ea vero ratio vtilitatis quam ea numquam intellecti non respicit furiosum, sed emptorem bonæ fidei. vtroque enim loco agitur de eo qui emit à furioso quem ignorabat furere, quem putabat sanæ mentis esse. Ergo de bona fidei emptore & non de furioso qui violentius se gerit, sed de eo qui est in cōspectu inumbratæ quietis, ut ait l. quod meo §. si furioso. De adq. pos. cui languet animus ut l. iusto §. pen. De vsur. & vsuc. cuiusue morbus interuallatus est. Et ratio vtilitatis hæc est, ne qui bona fide ad emptionem accedit deceptus falsa sanitatis specie damno adficiatur. quæ ratio ad ea omnia communis est quæ emptori summo iure denegari diximus. nō igitur debet aut potest restringi ad solam vsucaptionis causam puta ut rem alienam quam quis à mente capto bona fide emit vsucapere quidem posset, sed non vti accessione possessionis, nō Publiciana, non ex empto de euictione, ut tu nugaris, cum in omnibus par vtilitatis ratio paria iura desideret, nempe ut in omnibus plus vigeat valeatq; opinio emptoris quam veritas. Denique quod ait d. §. si furioso, quamvis nulla esset emptio & ideo &c. ex iure stricto est non etiam ex vtilitatis cauila qua ante dicit procedere rei emptæ vsucaptionem, sed tamen & vtilita

utilitatis causa ad sequentia porrígenda est ut efficiat quā sit
emptio iure perfecta & accessionem possessionis esse contra
strictam iuris rationem & Publicianam & cetera. Tu calum-
niaris aperte cum in d. §. si furioso , non separas utilitatem à iu-
re summo , & refers omnia quæ in eo scripta sunt ad utilita-
tem furiosi. nec enim utile furioso est si res ab eo vēdita v̄suca-
pi potest. ius summū furiosum respicit & tuetur non emptorē.
Utilitas emptorē non furiosum. qua de causa ut commentitia
& falsa est distinctio Accursij id est in furiosum non dari Pu-
blicianam in extraneum dari, quoniam utilitatis ratio respicit
solum emptorem. ergo danda est ei Publiciana aduersus om-
nes. Alteram Accursij distinctionem quam Dominus sequitur
inter utilitatem & Ius strictum iam satis ostendi niti d. §. si fu-
tioso. quod tu negasti tamen. negasti etiam quidquam ad eam
facere similitudinem filij familias bona fide empti & venditi à
patre , quasi nulla sit similitudo quæ proculdubio evidens &
maxima est, quia veroquē casu iure stricto nulla emptio est , &
tamen de euictione competit actio.

AD CAP. XXVII.

RE P R E H E N D O R , inquis , quod hanc regulam
proposuerim, Furem furti agere non posse. Cedo
locum quo reprehendaris. non possis ullum ostendere qui à nullo vñquam eo nomine reprehensus
es. Reprehenderis tamen nunc quod eam regulam compre-
bari dicas altera quæ dictat, Illi debere permitti pœnam pete-
re qui in eam non incidit i. Cum pat De regu. iur. nec enim
est tam regula quam ratio regulæ propositæ initio eius legis In
parti delicto deteriore esse causam petitoris , meliorem pos-
sessoris quia scilicet ei tantum debet permitti delicti pœnam
perete qui ipse in idem delictum eandemque pœnam non in-
cidit. Qua de causa & Basilic. ex ea lege tota vnam tantum
regulam constituant. & sic in l. 18. Ad Treb. sententiæ initio
propositæ ratio sequitur §. r. his verbis. Quoties quis rogatur
&c. pro quibus in' Basilicis & &c. &c. Sumatur autem

exemplum ex l. si duo De dolo. l. vltim. §. pen. De eo per quem fac. &c. si duo dolo malo fecerint non potest alter aduersus alterum agere de dolo. Non potest (inquit Symmachus in Epist.) nisi iniuste culpæ dari quod utriusque commune est. Zonaras II. οἱ ἀπαλλοτριστὲς εἰ ἀντιπατῶντες ἡρῷ διενέγοντες τὰ γκαλέη τοῖς ἀντιπατοῦσιν. quod omnino congruit cum d. l. si duo. Proinde regula l. cum par, est de petitore & reo. Quæ autem dictat furem furti agere non posse, de petitore tantum. In hac non confertur reus cum petitore. in illa confertur. In hac constituuntur duo actores, duo rei, in illa unus actor, unus reus. In hac nō est commune delictum. In illa est commune.

Regulariter autem furem furti agere non posse, nemo negat, non certe ille qui scribit non magis constare veritatem ei qui negat furem furti agere quam ei qui adfirmat. Si diceret non magis constare veritatem ei qui generaliter negat quam ei qui generaliter adfirmat, tibi adæquandus esset. Potest idem adfirmat & negatè proponi ut verissimum & ut Vlpianus in l. si finita §. illud queritur De dam. inf. è duabus sententiis diuersis vel contrariis modo hanc modo illam esse veram, sed causa cognita ut ait suo quamque respectu suoque modo & non quo rem æstimauerit quilibet, sed quo mens eius qui id proponit, quod vero genus calumniæ hoc est etiam in mente quidquam esse homini cuius nullum is dederit argumentum? qui contra iamdiu scripsit in Institutionibus se excipere duos casus quibus fur furti agit. Definiebat igitur regulariter furem furti non agere. Duos, inquam, casus unum ex l. itaque §. 1. De fur. alterum ex l. qui vas. §. si ego eod. cui adiunxit l. eum qui §. an pater eod. quoniam utraque ostendit commodatarium quia custodiam præstare debet si culpa eius res perierit habere furti actionem, quod qua fronte ait, nihil facere ad rem? unus vero casus est de creditore, alter de conductore. Ipse adiunxit tertium de commodatario quem tu falso dicis non admittere l. eum qui §. Idem Pomp. libro eodem tit. quoniam de commendatario loquitur cuius ex turpi causa interest non subripi quod circa eam dolo fecerit quodue eius usum interuerterit, quo casu non debet ex dolo suo furti querere actionem. sicut nec depositarius aut mandatarius dicta leges

lege eum qui §.is autem & §.seq.& §.idem Pomp.probat. At si eius interest ex honesta causa puta quod commodata rei custodia ad eum pertineat non quod eius furtum fecerit re subrepta ab alio culpa eius exemplo conductoris dicemus non denegari ei furti actionem quam & si furtum eius rei non fecisset habiturus erat. quam distinctionem cum Dominus explicasset sane luculenter prolatu etiam d. §. Idem Pomp. in ea ipsa obseruatione quam tu inscitè aut dicam malignè vellicas, tu mauis ad eam conniuere aut æstimare magis quam videre veritatem eius. Ego verò his tribus casibus adiungam quartum ex iure veteri, quo etiam qui furti teneatur furti agit. Qui furti concepti tenetur furti oblati agit. Cuius rei auctor est Paulus in sententiis dum scribit furti oblati agere eum penes quem res concepta & inuenta est. Rationem tibi quærendam relinquo. testor esse luce clariorum. qui erit risus si non videris, non inuenieris? Idem sane qui factus est cum post allatum d. §. Idem Pomp. subiecisti, Conuenit & Basilic. contextus libr. I x. Tit. x i. Cap. I x. qui cum illo §. nullomodo conuenit nec pertinet ad hanc quæstionem an commodatarius qui furtum rei commodaçæ fecit aduersus posteriorem furem, sed an qui furtum non fecit aduersus dominum qui fecit furti agat.

AD CAP. XXIX.

RE pignori data creditori à debitore ac deinde debitori ab extraneo subrepta, hæc iam olim scripsisti ad verbum, Quia tunc & creditori aduersus extraneum furti actio competat, ideo fieri, ut furti tunc non teneatur debitor, ideoque & is quoque furti aduersus extraneū agat. & paulo post, Ob id quod creditori aduersus extraneum furti actio competat, debitorem furti nō teneri. Hodie scribis te hoc non scripsisse vel sensisse creditori sufficere quod aduersus extraneū agere possit, & ideo non posse cum etiam

etiam furti agere in debitorem. Aliud igitur imprudentius scripsisti aliud sensisti. nam id te scrisisse verba tua per vincunt quæ palam edicunt non esse creditori furti actionem in debitorem quod sit & furti actio in extraneum. quod quid aliud est quam creditori sufficere furti in extraneum actionem? Aliud si sensisti quam hæc verba ferant, nescis igitur exprimere sensa animi tui. Et sensisti vero aliud, ut ait, nempe etiam si debitor creditori teneatur actione furri neque tamen furem eum esse furtum fecisse neque rem esse furtiuam. quæ sententia est manifesto falsa. nam & rei suæ furtum facit & fur est. nec unquam evenit ut furti teneatur qui fur non est. Dices fur est possessionis non rei. Dicam hæc non esse disparia. nam & qui possessionis furtum facit, ut hic debitor, & rei furtum facit, in actione §. i. De fur. §. aliquando instit. de obl. quæ ex del. naſc.

Et falsa quoque illa collectio est. Res pignorata quam debitor subripuit non est furtiuam. ergo eius furtum non fecit. quia qui dicit non esse eam furtiuam non hoc dicit nunquam fuisse furtiuam, sed punto temporis & furtiuam fuisse & esse desissee quia in potestatem domini peruenisse videtur. absit etiam ut dixerit rem furtiuam fieri eo quod facta sit in potestatem domini, id est eo modo quo furtiuam esse desit. quod tu frustra refellis. Attestatione fit furtiuam non reditione facta in domini potestatem.

In his additis creditori in debitorem esse actionem furti, quia eius interest rem a debitore subtractam fuisse, verum cessare eam actionem si debitori rursus ab extraneo subrepta fuerit. Nescis Latine loqui, dico quia eius interest rem subtractam non fuisse. ut l. inter omnes. §. si seruus De fur. l. 2. §. in hac actione vi bo. rap. & scribito subtractam non subtractam.

Nescis etiam quo te vertas, miser, cu redebitore eidemque furti sine dolo malo eius ab extraneo subrepta eius rei nomine quæ iā penes eum (hæc sunt tua verba) absque eius dolo esse desit, negas in debitorem dari actionem furti. quibus verbis plane denegandæ actionis causam ponis in eo quod debitor rem habere desierit sine dolo malo, quoniam si rem haberet non denegares in eum actionem. & quia non potes dictum facere indicatum, magis impudenter negare te non ideo denegasse actionem.

nem quod rem non haberet, nec exprimis quara ratione igitur, atque ita prorsus efficis quod est absurdius etiam in eum qui rem habet denegari actionem. nam si circunstantiae eius non sit habenda ratio quod rem sine dolo malo habere desierit, cetera quæcumque scribis tam continent in eum qui non desit habere quam in illum qui desit. Rursus addis tu non dixisse debitorem amissione rei non liberari. quid est ergo quod dixisti eum si rem amiserit sine dolo malo furti non teneri? quid hic sermo ab illo distat? Et mox quid est quod ait te dixisse eo magis debitorem qui pignus subripuit obstringi quo sola rei subreptio debiti probationem aduersus eum impleat. nam id antequam hoc caput ederes ante non dixeras. nunc quoque vellem ne dixisses. nam inceptum est dicere magis obligari debitorem si probetur obligatus esse. nam probatio debiti non auget obligationem. Et iuxta l. 20. C. de probat. probabis quidem tibi deberi ex furto chirographi quod debitor fecit, sed non ex furto pignoris. Sunt enim plerique casus quibus extinto debito pignus durat de quibus l. 2. C. de luit. pig.

Porro ridiculum est quod causarisi nihil interesse creditoris eo quod habeat in extraneum furti actionem, nam hoc ipsum quod actionem etiam in eum habet ostendit maxime interesse eius rem non esse subreptam. & quid si malit in debitorem furti agere quam in extraneum? quod vnius malit absque dubio quia id quod à debitore pœnæ exegerit lucro eius cedit, non etiam quod ab extraneo l. id quod. De solut. l. si pignore: De pig. act. l. si debitor De fur. qua auctoritate quam lex dedit tu adimes electione & arbitriu agendi cum debitore vel cum extraneo? quid si in extraneum actio inanis sit propter eius inopiam? non potes etiam causari nihil creditoris interesse quod in debitorem saluam habeat actionem personalem: alioquin eadem ratione nunquam interesset creditoris pignus saluum esse: Erras etiam in eo quod l. vlt. De vsur. & vsuc. accipis de vsuc apione aduersus creditorem pigneratium; quæ nulla iure civili prodita est, quia causa pignoris à dominio separata est l. 1. §. Cum prædium De pig... vsucapiol C. eo. l. iusto §. non mutat De vsurp. & vsuc. Vsucapione dominium adquiritur non libe-

ratio.

ratio pignoris. ac p̄terea quānā stultitia h̄c est Paulo scribēte in d.l. vlt.re pignori data à debitore subrepta esse cā rē furtiuā factā, te contra dicere non esse verè furtiuam, sed quasi furtiuam. nam si non est verè furtiuam fruſtra exigitur vt in potestatē creditoris perueniat antequam vſucapi possit. quid est etiam quod eam esse quasi furtiuam probas ex l.cūm tibi C. pro emp.in qua dicitur non potuisse eam rem quasi furtiuam vſucapi, cum ibi plusquam manifestum sit. Quasi non similitudinem vel improprietatem significare, in quo significatu tu illud vſurpas sed approbationem & confirmationem. maiores nugas egisti nunquam, neque falsis hisce & nugatoriis cōmentis efficies vt firmissimis freti detracta negatione non legamus in l. itaque §.i. De fur. & sic fit vt teneatur furti & agat, quia cū lex ipſa ante perspicue dixerit creditori contra dominū & domino quoque contra posteriorem furem furti actionem dari, necesse est vt inferat, ita fieri vt dominus furti teneatur & agat. alioquin non debuit adnotari quasi singulare quod erat commune, furti agere eum qui furti non tenetur. Confirmat quoque hanc scripturam τὸν λάρην Basilic. & h̄c sententia Pauli, Rem pignori datam debitor creditori subtrahendo furtum facit, quam si & ipſe similiter amiserit, suo nomine persequi potest. Transferenda est negatio quæ abundat in d.l. itaque, in l.seq.

In extremo quod sufflatuſ de te ipſo iactas, mihi non est curā, hi tui ſunt mores. Dominus non ausit ſibi tantum adrogare. Quod autem de Domino mentiris, non feram, quin ſaltem indicem quām veritate longius abſit. Ais decennium eum cōſumpſiſſe in refellendis tuis in eum prioribus cauillationib⁹, cui ſcilicet cum diu egiffet apud Cauares ad quos non peruererant, ſcimus non ante earum vidēdarum potestatem fuſſe quam rediit ad Bituriges, vbi percurſis illis eadem celeritate & facilitate respondit, qua nunc me tibi respondere ſentis. Dominum conuitiis tecum egiffe, qui nullis vñquām vſus aduerſum te eſt quæ laſerint opinionem tuam, ſed hiſ tantum, ſi cōuitia dici potius quām dicta poſſunt quæ in imperitos dici ſolent, nec vltro ſed laceſſitus ab ſte qui ex professo in illum & alios complures quasi indiēto bello epiftola ad Thennerum & libello

libello ei dicato destrictè & indignè effudisti multa. nec aliter se gessit etiam in Duarenū viuum aut mortuū cui nec mos est vll̄sviuo obtrectare minūsque, vt poëta quidam ait, vellere barbam mortuo leoni. De indicibus vero quod Domino hōe loco & alibi s̄pē obiicis quos sibi extruxerit magna & longa accuratione, quis tibi renunciauit, quis dixit in suis studiis tam ignauo eum subsidio. vti? Longe vtitur alio, quod familiares eius & studiosi cognouere non repeti ab indicibus suis vel alienis. facerem etiam vt cognosceres tu si capax es cognoscendi. sed extruxerit quidni? tu vero tibi Marrucine nondum vll̄os extruxisti, fatemur, & videmus ex alienis totum te pendere. Nihil denique veri aut sinceri est in hac tua extrema vomitione. nam & illud quod de Duareno iactas cum paulo post libri editionem quem in eum similiter ex professo quo iure quaque iniuria edideras vita deceſſisse nec satis habuiffe temporis ad respondendum qui te honore responsi scilicet alioquin fraudaturus non erat, innumeri sunt quibus compertum est quām hoc sit falſum, qui s̄pissimē audierunt eum modo contemnentem modo deridentem istum atrum felem qui te perduebat ad istam insaniam & agitabat præcipue in professores scholæ Biturigum ac plane habentē pro pecude Clurina & infra dignitatē conferendi tecum. Id quod peruincit etiam dies quo Duarenus obiit qui fuit X. Kal. Iul. M. D. LIX. collatus cum XI. Kal. Dec. M. D. LVII. quo tu ex professo in eū librum Sententiarum edideras lapsus turpiter in ipsa libri nuncupatione. nec enim sunt libri Sententiarum nisi qui facti sunt ad instar Sententiarum Pauli. Denique non habeo quod dicam in hac tua postrema clausula esse verum quām quod fateris te esse Corasij discipulum. mali scilicet corui malum ouum. Fieri potest vt & Alciati fueris auditor, sed vt discipulus fieri non potest, & de Alciato vis dicam quid mihi Iudicij sit, Seio quid ei debeamus, scio

quām iure meritoque vt tua & illius disciplina omnis vt herba sol-

stitalis statim in-

terierit.

* * -

Q

2

AD

Notata Ant. Mercatoris
AD CAP. XXX.



I D E quām sis alienus à Prætoris & ab Vlpiani sententia. Prætor ait in edito de migrando, Quod ius sit illi nuntiare, in eo nuntiatio teneat. Vlpianus interpretatur mutationem ibi demum voluisse prætorem tenere ubi ius est nuntianti prohibere ne se inuito fiat. Tu aīs noui operis nuntiationem teneare etiam si ius nuntiandi non sit. Prætor statim atque dixit nuntiationem tenere, & Vlpianus ita demum tenere si ius nūtiādi fuerit, subiicit. Ceterū quod est alioquin, puta si ius nuntiandi nō fuerit. Idē subiicit Vlpianus, Ceterū remissio. &c. & hoc igitur vterq; dicit, nō tenere nuntiationē si ius nuntiandi nō fuerit. Tu vero dicis, nō tenere propriè, sed tenere minus propriè, quibus adminiculis neuter vtitur & paulo infra, non tenere simpliciter sed tenere in quid. Apege Marrucine, quæ tu hic nobis monstra paris aut vnde? nempe ex his Vlpiani verbis, In quo tenuit nuntiatio. Vlpiano negationem subripis qui scripsit, in quo non tenuit nuntiatio, & ea subrepta, non ideo magis efficis vt Vlp. dixerit, In quid tenere nuntiationem. Vlp. dixit, In quo, vt Prætor, in eo. & paulo infra aīs, non tenere nuntiationem factam ab eo, vt proposuimus, qui ius nuntiandi nō habuit, non tenere ratione quadam. quam tu rationē oppositionis vocas. Cuius vero oppositionis? non certioris ullius sane quām luci claro oppositi tui cerebri.

Rursus Vlpianus in eodem titulo satis ostendit eam nuntiationem non tenere quam fecit qui ius nuntiandi non habuit, etiam si noceat interim & effectum habeat si opus inhibeat nec contemni possit. Tu dicis eam tantum non tenere quæ nullius momenti est, quæ impune omitti potest, quæ nō nocet, q̄ nullū effectū habet, vt l.5. §.1. & §. si quis riuos. De no. op. nunt.

Vlpianus ibidem ait remissionem hoc tantum remittere in quo non tenuit nuntiatio. Sic habent Flor. Tu, vt dixi, subrepta negatione aīs remissionem hoc tantum remittere in quo tenuit nuntiatio. Vlpiani sententia hæc est, vtilem & efficacem remissionem esse si nuntiatio non teneat. Dia Iohannis sententia, vtilem esse si nuntiatio teneat.

Prætor

Prætor his verbis, Ceterum nuntiationem missam facio, nuntiationem quæ non teneret remittit. Tu non remittis, tantum est, quoniam quam se prætor non tenente nuntiatione facere remissionem ait, tu esse inutilem ait. & paria hæc sunt non remittere, & inutiliter remittere. denique elusorium vis esse prætoris edictum. Prætor nuntiationem quæ tenet non remittit. Tu remittis. Vlp. in l. i. De nou. op. nunt. ait nuntiationem non iure factam remitti. Tu non plane remitti.

Ad hæc tu tibi ipse stadium extruis quod curras, dum ait Dominum qui ex Prætoris & Vlpiani sententia scribit nuntiationem non tenere si ius nuntiaudi non fuerit, hoc intelligere, non tenere eam licet in aliquo teneat, puta quod impunè contemni non possit, exceptis casibus edicto comprehensis. Verum Dominus non dixit eam in aliquo tenere, nec qui dicit eam contemni non posse, hoc dicit, eam in aliquo tenere, sed prorsus non tenere origine & initio eius inspecto, quia ab eo profecta est qui ius nuntiandi non habuit, non ut fingis inspecto exitu iudicij. & pessime argumentaris hoc modo, Nuntiatione non iure facta inhibet operis effectiōnem, ergo tenet. quia imo non tenet ac proinde remittenda est.

AD CAP. XXXI.



A M satis probauimus nuntiationem non tenere ab eo factam qui ius nuntiandi non habet. Eandem nullius mometi esse negamus. nam & quæ ob eam causam non tenet, inhibet operis executionem, donec remissio facta sit aut præstita satisfactio vice remissionis, vt si domino fructuarius nuntiauerit nouum opus, quæ nuntiatione non tenet, non est utilis. l. 2. De no. op. nunt. & tamen inhibet opus quoad prætor nuntiationem remiserit, Remittis utiliter quæ iure non tenet. Inutiliter quæ iure tenet, vt si vicino fructuarius nouum opus nuntiauerit ex sententia Iuliani qui data fructuario vindicatione servitutum aduersus vicinum non etiam aduersus Dominum, dedit ei quoque ius vicino non etiam domino nuntiandi nouum opus, vt Vlp. eodem titulo refert ex Iuliano, & secundum

Q 3 id

126 Notatà Ant. Mercatoris

Id quod iustio proposuerat Vlp. & prætor ipse remissionem ibi deinum factam esse vtilem vbi nuntiatio non tenet, vbi attem nuntiatio tenet, se missam non facere nuntiationem. consequens est ut Iulianus scripseric fructuariū vicino nouum opus nūtiare posse & remissionem inutilem esse, domino non posse & remissionem vtilem esse. & ita perspicuè iam pridem Dominus docuit esse legēdum. Subiicis fructuarium vicino nouum opus nūtiare posse, non quidem directo sed vtiliter & obliquè velut procuratorio nomine vel vsumfructum vindicando, & hunc sordidum cētunculum tuum non erubescis adsuere purpuræ, puta 1. i. §. vlt. & 1.2. De no. op. nunt. & §. Idem Julianus De migrando, vbi dicitur quidem fructuarius vicino nouum opus procuratorio nomine nuntiare posse, non velut procuratorio nomine, & vsumfructum vindicare posse non vsumfr. vindicando nouum opus nuntiare posse. & licet ex Juliani sententia vicino nūtiare possit, ex Vlpiani tamen aliorūmque qui fructuario seruitutum vindicationem non dabant, in eoque Julianum notabant l. i. in pr. Si vsumfr. pet. ex aliorum, inquam, sententia quæ obtinuit nuntiare nullo modo posse, qui cum non adiecerint vtiliter tamen posse, ergo tibi id non licet adiicere. Denique ex eorum sententia si fructuarius vicino nuntiauerit, remissio vtilis est, vtilis; inquam, quia nuntiatio non tenet, non quia aliquatenus tenet, Ex Juliani autem sententia inutilis & inefficax est remissio, quia nuntiatio omnimodo tenet, quandoquidem ex Juliani sententia fructuarius aduersus vicinum seruitutes prædio debitas vindicare potest. & quod ait l. vti. frui. §. vtrum. Si vsumfr. pet. Nam & si fundo fructuario seruitus debeat, fructuarius non seruitutem &c. tandem tu ipse fateris esse Vlpiani non Juliani, & hac ratione non animaduertis quod initio institueras adscribere Juliano quasi & is scilicet fructuario denegasset vindicationem seruitutum aduersus vicinum, quod nunquam fecit, te iam in extremo non Juliano adscribere sed Vlpiano. Addidit, inquis, Vlpianus. quod dubiæ sanitatis tuæ atque constantiæ magnum argumentum est. Juliano autem cur iungas Q. Mucium non video quia in eo §. nulla fit mentio Q. Mucij.

AD:

MPINGIS statim in ipso limine, cum a i s in l.
fis seruus §. 1. De leg. 1. tres proponi casus, vbi
duo tantum proponuntur, Si heres scriptus non
egerit causam, si lusor egerit, & de tertio que-
stio instituitur, Si heres scriptus per iniuriam
iudicis superatus fuerit. Et cu id quod proponitur initio d. §. 1.
etiam vis pertinere non tantum ad legitimū heredem qui
vicerit institutum, sed etiam ad substitutum & alios, primum
quia a i s , & alios, cum neque alios ponere possis, qui vicerint
heredem scriptum quam substitutos vel legitimos. 1. qui vel
iure substitutionis vel iure legitimo ad se hereditatem perti-
nere dixerint. deinde quia generaliter accipiēdo initium d. §. 1.
siue agente legitimo siue agente substituto per iniuriam iudi-
cis contra heredem scriptum pronuntiatum sit, ita facis ut su-
peruacuo subiungatur questio specialis de substituto qui ege-
rit & per iniuriam iudicis vicerit heredem scriptum. Et meras
nugas agis cum ne subiecta superuacuo videatur, initio a i s
quæri an secundum substitutum dicta sententia noceat lega-
tariis, deinde an substitutus legatariis tenetur, quois a f n. Huc
hoc siue illud queratur idem queritur, nec ullum earum que-
stionum inter se discriminē est, verum non de legatis tantum
a substituto relictis sed etiam de relictis ab instituto, id que-
ritur, sicut & cum secundum legitimū heredem dicta sen-
tentia est, de his legatis queritur quæ ab instituto relictā sunt.
De relictis ab instituto vel a substituto dubitabatur, de re-
lictis vel repetitis a substituto, vt Dominus ait, que ver-
ba satis demonstrant non esse verum quod insimulas cum le-
gatorum a substituto relictorum præteriuſe mentionem. Et
dubitabatur, quam rationem tu nunquam assecutus es, quia
sententia dicta per iniuriam vel gratiam iudicis non per om-
nia ius facit, sed quod attinet tantum ad ipsius substituti per-
sonam quasi gratia personalis, quod & verū est. At quia hāc fibi
gratiā factā substitutus salvo pudore allegare nō potest pro eo
habetur acsi facta esset in rem non in personam. Denique gra-
tia illa quamvis sit personalis non nocet legatariis, siue his ab
institu-

instituto siue a substituto legata relicta sint. In utrisque eadem interueniebat dubitandi ratio. quia personalis erat gratia, ut Vlpianus non Iulianus demonstrat in d. §. i. his verbis, Quod attinet ad ipsius personam.

Ex his apparet non eandem causam esse substituti & legitimi heredis. nam si per iniuriam aut gratiam iudicis vicerit substitutus, legatariis omnibus respondere tenetur, quoniam ab eo relicta vel repetita sunt legata. si legitimus, de quo tantum est prior pars d. §. i. legatariis respondere non tenetur, quia ab eo nulla sunt relicta vel repetita legata. ideoque illo loco legendum esse Dominus euicit, iniuria ei facta. i. scripto heredi in legitimi gratiam, nocebit legatariis, quia duo tantum illi casus excepti reperiuntur, vnuſ ex Constit. Diui Pij, alter ex Constitutione Diuorum fratrum, quibus sententia dicta contra heredem scriptum & secundum heredem legitimum legatariis non nocet. l. qui repudiantis §. vlt. & l. seq. De inoff. test. l. a sententia. l. si perlusorio. De appellat. Hæc quæ sunt clarissima si Paulum libet attendere longe fugant tenebras quas in hunc locum induxisti, longe ab opinione tua deterrent studiosos omnes. Vale.

Pro conuitiis quæ tu hic agglutinasti, nihil repono ne mihi luto ludenti manus inquinentur. Sed in extremo Libri sequentis reponam forte tibi hymnum vel adhibeo Symphoniacum aliquem qui tibi reddat dulciores modos. Iterum. Vale.

A D



AD LIB. III. ANIMA D- VERSIONVM

C A P. I.

A L V E, Marrucine, in isto ingressu tertij & venia non petita patere medicentem contractum bona fidei cui dolus dedit causam, non esse ipso iure nullum non probari l. Julianus §. per contrarium. De act. emp. quoniam ibi non ponitur dolus dedisse causam contractui. Si emptor dolo malo persuasit venditori ut sibi hereditatem venderet, dolus dedit causam contractui l. 3 C. de her. vend. Sed si vt ibidem proponitur persuasit ut sibi eam minimo venderet falso affirmans minimam hereditatem esse ut in l. si quis adfaverit De dolo, dolus non dedit causam contractui, quia in pretio fraus & dolus versatur non in elicienda venditione. & ibi ita proponi speciem patet ex primis verbis, Per contrarium nam vt ante §. prox. posuit venditorem dolo fecisse ut pluris venderet, ita per contrarium nunc ponit emptorem dolo fecisse. ut minoris emeret, & vt illo casu competit actio empti quanto pluris emisset siue quod idem est quanto minoris res valueret; ita hoc casu competit actio venditi quanto minoris vendidisset vel quanto pluris valueret hereditas. Burrice nondum intelligis aut non fateris ita esse. Videbis, damnaberis ad loriarios, & hoc quoque nomine quod emptore fingas fuisse villicum fratri, qui Terentio Victori heres extiterat. Vt licet enim illo loco proprium est nomen emptoris, ut in l. cum dubibus §. Item ex facto. Pro soc. Falsum etiam est in specie d. l. Julianus §. si quis colludente, dolum dedisse causam contractui, quia in pretio rei suae proponitur dominus circumscripsum fuisse per collusionem procuratoris qui eam rem emptori vi-

R. liore:

liore pretio proiecit. quo casu ex empto cum domino est actio
vt aut emptioni stet, aut ab ea discedat, sicut si venditor mi-
nor x xv. annis in pretio quoquomodo circumscriptus fuerit.
his duobus casibus etiam si fraus non superat dimidiam iusti
pretij, potest a domino emptio reprobari atque rescindi. Cete-
rum neutro ponitur dolus dedisse causam contractui. Et si non
habes alios locos quibus probes dolum dantem causam con-
tractui nullum non facere contractum bonæ fidei, profecto
hac in te nihil est alius frigiditate tua.

AD CAP. II.



Mo habes alios. as primum l. si res æstimata §. 1.
Deiu. dot. Quid in ea proponitur? Mulierem cir-
cumuentam seruum in dotem dedisse forte ne-
cessarium sibi & minoris æstimas. An ergo do-
lum mariti dedisse causam contractui? Minime.
His verbis circumuenire, circumscribere circumducere non
dolus significatur aduersarij sed fraudis in quam incidimus ex
inconsulto. & si dolus mariti forte intercessit is fuit non in
dote constituta quam mulier constituit ultra sed in seruo
tradendo dotis nomine vel in faciendo pretio eius. Obserua-
tor dixit, Non in contractu sed in traditione. quæ verba tu cor-
rumpis cum pro eis reponis, Non quod seruum dederit sed
quod tradiderit. nec mirum cum & verba legis corrupas in
proposita specie data electione mulieri ut vel seruum repeatat
vel æstimationem, quæ nulla datur in ea lege & daretur etiam
absurde. Electio enim non constituit nisi inter res quodam-
modo pares, non inter seruum verbi gratia auctorem & æs mo-
dicum. Habes etiam l. ii. §. si quis virginem De auct. emp. in qua-
tamen emptor ut tu fingis non proponitur dolo vendoris in-
ductus fuisse ad emendum, sed emissæ sua sponte mulierem,
quam existimabat esse virginem, venditore quidem non adfir-
mante eam esse virginem sed facile paciente emptorem in eo
errore versari, qui casus & si ædilicio edicto non sit compre-
hensus, iure ciuili tamen emptori cōpetit actio ad distrahēdam
emptionem. Habes l. si dolo C. de refc. vend. quæ rescindi ven-
ditionē ait cui dolus emptoris causam dedit. At es valde nouus
in

in iure si nescis etiā rescindi ea quæ ipso iure rescinduntur, ut l. hoc modo De cond. & dem. l. §. qui & a quib. man. & alibi pas- sim. Rescindi igitur venditionem quæ ipso iure rescinditur atque adeo iussu iudicis omnia esse restituenda in integrum. Rescindi, & frustra desiderari ut rescindatur l. Impp. De reb. auct. iud. poss. Sed frustra non agi ut omnia redintegrentur.

AD CAP. III.

RVSTRA etiam hoc capite conatis probare metum dantem causam contractui bonæ fidei non facere contractum ipso iure nullum. nam l. si mulier §. si metu coactus. Quod met. cau. de acceptilatione loquitur aut conuentione accep- tilationi simili non de contractu bonæ fidei. Item l. metum. §. volenti eod. tit. non loquitur de contractu bonæ fidei. At l. vlt. §. i. eod. & l. 4. & §. C. eod. loquuntur de contractu bonæ fidei. ita est. sed cum rem suæ æquitati restituiubent non ideo negant contractum esse ipso iure nullum. & tamen ex metus vel doli causa cōtractus stricti iudicij non est ipso iure nullus, præterquā si dos marito promissa sit ut d. l. si mulier §. si dos, quod etiam si accipias de nuda pollicitatione aut dictione dotis, non de stipulatione, nihil agis, quia & actio quæ ex nuda pollicitatione dotis nascitur stricti iudicij actio est, condic̄io ex lege, non actio rei vxoriæ, ut tu aīs, quo nomine deberet in margine tui libri depīngi bria aut cucurbita aut caput morionis cum cucullione scabillis & oricillis instructo. quæ enim maior ignorantia, quam nescire dotem promissam nuda conuentione matrimonij contrahendi causa non peti actione bonæ fidei vel actione rei vxoriæ.

Post hæc quibus locis probatur dolo & fraude contra- etum negotium bonæ fidei esse ipso iure nullum, ut l. 3. §. vlt. Pro soc. l. in causæ. 2. §. 1. De minor. l. & eleganter §. 1. De dolo. his ita respondes. Quod ait l. 3. §. vltim. societa- tem coitam dolo malo aut fraudandi causa ipso iure nul- lius momenti esse, hoc est coitam communi dolo contra- hentium in fraudem tertij, ut si societas nefariæ rei coita sit.

R. 2 huic

huius exemplo non conueniunt verba illa, Aut fraudadi causa,
quæ sunt de fraude quæ est sine dolo. I. Iurisgentium. §. sed si
fraudandi De pac. Dolo autem malo coitam societatem si tibi
licet interpretari de coita communi dolo contrahentium in
necem alterius, cur non tibi liceat etiam in edicto prætoris pa-
cta facta dolo malo interpretari pacta ex colludio & compacto
facta in necem alterius, conspirationes, coniurationes? Quod
autem ait I. in causæ. §. i. De minor. & I. & eleganter §. i. De do-
lo, nullam esse societatem, nullam venditionem si quis in hoc
ipso ut societatem coiret vel ut venderet circumscriptus sit, sic
interpretaris effectu esse nullam, iure non esse nullam, vel ali-
ter esse nullam si velit is qui circumscriptus est, non esse nul-
lam si nolit esse nullam. vel aliter ipso iure fieri vel non fieri
ipso iure sed per actionem vel exceptionem. quibus nominibus
quis non te exhibet, quis non arceat libris iuris, quis non
procul facessere iubeat ab scholis, imperitissime, quod lex ait
esse nullum, tu dices valere, quod lex sibi recipit, tu facies in
potestate aduersarij, quod lex ait esse ipso iure nullum, tu dices
non esse nullum nisi beneficio actionis vel exceptionis? Lora-
rij concastigate hominem τη̄ ἀνανία τὰς αρχὰς pro commerita
noxia.

AD CAP. IIII.



Oc caput te fecisse ex his quæ Observator
scripsit in Tit. De dolo malo, & in I. & elegan-
ter, negare non potes, Dolum vindicari iudi-
ciis bonæ fidei, quā in rem tamē non debuisti
addere §. si quis virginē, in quo non dolus vin-
dicatur, sed error corrigitur resoluta emptione.
Debuisti tamen addere dolum vindicari si quis inciderit. Do-
lum qui initium dat contractui non posse constituere contra-
ctum bonæ fidei. Sed ita initium contractum omnimodo nul-
lum esse quod nihil sit magis contrarium bonæ fidei quam dolus
& fraud. Dolus igitur non potest constituere bonæ fidei
contractum. Quod idem scriperat de translata inter Can-
nium & Pythium obligatione empti venditi in obligationem
nominum, miramur te potuisse intelligere.

AD

AL SO opinaris aut non tam opinaris quām placet tibi iuris prudentiæ dedito infideliter adserere seruum manumissum ab emptore qui dolo malo venditorem induxit ut eum sibi seruum venderet liberum esse. quod ut efficias pri-
mum in L & eleganter de dolo deprauas Flor. & Nor. scriptu-
ram, deinde eam quoque admissam, huic tuæ opinioni non re-
fragari ais, quod lex indistinctè dicat aduersus manumissum
nullam esse restitutionem in integrum. Indistinctè sic accipis
siue serui siue emptoris dolo venditor ætate minor circumscri-
ptus sit. quod totum ineptum & vitiosum est. Lex enim pro-
ponit consilio serui circumscripsum minorem x x v. annis ser-
uum cum peculio vendidisse, & si ab emptore manumissus fue-
rit in manumissum competere actionem de dolo, videlicet si
emptor consilium fraudis non participauerit. nam si partici-
puit ipse tenetur actione ex vendito empto non manumis-
sus actione de dolo quod Bas. euidentius exprimit his verbis
ὑπέχεται δὲ οὐδεποθέσις, τῷ περὶ δόλων γεγονότι, εἰ τελέσχει ὁ αγοραστής τὸ δόλος. οὐ δὲ
μετέσχει, ὑπέχεται τῷ περὶ τὸ οὐδέποθέσις αγοραστός αγωγή. Et mox separatim
subiicit si dolo solius emptoris venditio extorta fuerit nullā
esse venditionem, quod & ita separata sententia & quasi per
interpositionem Basiliæ proponunt. *Ἄκυρος ἐστιν ἡ περί της δύο τοῦ περὶ τὸ οὐδεποθέσις γέγονος ὁ δόλος.* Tum redit ad priorem casum ita scri-
bēs, Et quod minor proponitur &c. Basiliæ, καὶ ἡ ἀφοίλιξ ἐστιν ὡς περὶ της δύο τοῦ περὶ τὸ οὐδεποθέσις γέγονος. &c. Ex quo apparet eo tantum casu serui ma-
numissionem valere quo vendor dolo serui circumscriptus
est quoque in manumissum est actio de dolo, non quo dolo
emptoris, quia hoc casu *ἀκυρός*. Irrita, nulla venditio est, nuda
igitur traditio serui, & nuda traditio dominium non transfert.
I. nunquam. De adq. ter. dom. Quæ autem à non domino ma-
numissio sit nullius momenti est. In hanc sententiam nō repe-
ties Dominum ut l. 2. Quib. ad li. proc. non licet. & tenebat te si
forte Dynastes Aurelianus cum temerè scripsisti eam ab illo in
suam sententiam trahi.

Post cum ad Accursium & Baldum confugis ut probes eo

R 3 etiam

etiam casu manumissionem quodammodo valere quo emptoris dolo extorta venditio est, & ex contractu nullo dominium transferri, similis es Crasso quem M. Tullius ait cum differendo par Galbae esse non posset, ad auctores cōfugisse, & id quod ipse diceret & in P. Mucij & in Sex. AEliji libris scriptum protulisse. Accursius autem & Baldus quia à te probantur mihi non sunt auctores idonei.

AD CAP. VI.



O N S E N S I T Obseruator non tecum quem non viderat cum scribebat ad Africanum, ut iam ante bona fide testatus sum sed cum omnibus interpretibus iuris qui sunt vel fuerunt illo excepto quem nemo habet pro iuris perito in l. frater. De cond. ind. Africanum rectissimè respondere in hunc modum, utique pro ea parte qua ipse patri heres extitisset repetiturum. Et quod attinet ad obligationem naturalem ex causa creditæ peculiari pecuniae quæsitam fratri aduersus fratrem rectè Obseruator dixit patri fuisse quæsitam in cuius ambo potestate erant. namque Africanus perspicuè filium qui credita pecuniam acceperat vocat debitorem patris. & par ratio exigit ut quemadmodum quod seruus conseruo debet id domino debetur. l. 6. De pec. leg. ita quod frater fratri, id æque patri debeatur. ideoque si filii familias nomine cum patre agatur de peculio non tantum deducitur quod filius patri debuit naturaliter, sed & id quod debuit fratri, ut nominatim scribit Theophilus in §. Cum autem Inst. quod cum eo &c. procul-dubio respiciens ad d.l. frater. Item si filius debitor patri heres extiterit ex semisse consequens est obligationem naturalem qua patri filius tenebatur pro semisse confundi, & recte igitur respondisse Africanum filium qui per errorem post mortem patris fratri pecuniam soluit pro semisse ex quo patri extitit heres, eam pecuniam repetiturum, quia pro ea parte debitor esse desit. Ratio qua tu vteris ut probes per filium patri aut per seruum domino acquireti ciuilem non naturalem obligacionem.

nem est elegans. quia, inquis, huic adquisitioni causam præbuit patria potestas, quæ est iuris ciuilis & dominium quod est iuris gentium. Denique ita ratiocinaris, Patria potestas est iuris ciuilis, ergo iure patriæ potestatis ciuilis non naturalis obligatio patri adquiri potest. eodem modo dicam, Patria potestas est iuris ciuilis, ergo iure patriæ potestatis filij impuberis tutela à patre mandari non potest contra l. Impuberi. De adm. tut. quoniam tutela impuberum est ex iure naturali, §. vlt. Inst. De Attil. tut. Altera ratiocinatio est pulchrior. Potestas domini est iuris gentium, ergo iure potestatis domino non potest quæri obligatio iuris gentium. Belle cohæret cum superiori nempe hoc modo, si iure potestatis ciuilis, adquiritur ciuilis obligatio, ergo, inquis iure potestatis naturalis siue iuris gentium non adquiritur naturalis obligatio. Eiusdem stultitiae est quod ex ea quæ ciuiliter De adq. rer. dom. probas ciuilem tantum obligationem nobis adquiri per eos quos in potestate habemus, ac si ea lex quod naturaliter adquiritur, dum per quemlibet nobis adquiri ait non comprehendat etiam eum quem in potestate habemus. l. 10. §. non solum. De adq. rer. do. Quanto reūtius ex ea vir peritissimus iuris & artis eius quam qui tenent eruditi appellantur, sic argumentatur, Si ciuilis obligatio per filium f. patri quæritur, & naturalis multo magis. quia quod naturaliter adquiritur lex ait natis adquiri per omnes, non quod ciuiliter. denique naturaliter facilius quam ciuiliter. Idemque quod tu post alios obiicis Patrem filio aut dominum seruo obligari naturaliter, ergo non posse patri vel domino per filium vel seruum adquiri naturalem obligationem, recte ita distinguit, ex contractu habito inter patrem & filium aut dominum & seruum, patrem filio vel dominum seruo obligari naturaliter, nec eam obligationem adquiri patri d. l. frater. §. quæsitum, ex contra habito inter fratres vel inter conseruos patri vel domino naturalem obligationem adquiri, hoc casu nihil dici posse quominus patri obligatio naturalis adquiratur. illo casu naturam non pati ut pater sibi ipsi debere possit quod debet filio, & quia tamen fieri potest ut fideiussoris obligatio quem dedit filio sibi per filium adquiratur, ideo responsum est fideiussorem datum à patre non

non teneri, ne pro eodem & eidem obligetur. I. si quis §. i. De fidei us. nec erit improbabile si adieceris cessare tamen quodammodo nec acquisitam videri, Interim dum peculum pater apud filium manere patitur ut nouus ad Africanum tractatus docet, quod idem de ciuili obligatione non dicam contractam inter filium & extraneum, aut inter seruum & extraneum, que & in persona Domini ciuilis obligatio est. Objectionem autem illam tuam perpetam confirmas ex eo quod dicitur id quod quis cum alio contrahendo nobis acquirit, id eum nihil agere si nobiscum contrahendo deducat in obligationem, quia id tantum dicitur de seruo fructuario vel seruo alieno aut libero homine qui nobis bona fide seruit & de eo quod acquirit ex re nostra, vel ex suis operis l. 25. §. Idem Julianus De vsufl. 118. De ver. oblig. non de seruo proprio aut filiof. qui nobis acquirunt ex omni causa, & quod ab aliis nobis acquirerent, id non prohibetur sibi à nobis acquirere naturaliter. Quod autem in extremo scribis ea quæ tuæ sententiae aduersari videntur, interpretationem adsumere ex eo quod ait l. i. si à par. quis man. sit, quodcunque sibi filius familias acquirit, eius emolumentum patri adquirere, plane sententiam tuam infirmat. quia, si quodcunque, ergo & naturalis obligatio. & similiter in l. placet De adq. her. si hereditas vel quid aliud, ergo & naturalis obligatio, & quidem confessim & in atomo. & stultum est quod ait, obligationem naturalem non adquiri, sed emolumentum eius. Emolumentum legati vel emolumentum portionis nihil aliud est quam legatum aut portio hereditatis, emolumentum obligationis nihil aliud quam obligatio. alioquin dico etiam ex d. l. i. quodcunque aliud filius acquirat sive ciuilem obligationem, siue hereditatem sive legatum, eius emolumentum patri adquiri non hereditatem, non legatum, non ciui- leni obligationem. quod quis te dicentem non explodat?

*

AD

AD CAP. VII.

NON potuisti tibi tēperare quin & hoc capite quod dirigis ad alium asperges aliquid in Obseruatorē iure vel iniuria. Si frater qui à fratre pecuniam peculiarem mutuatus est nihil habuerit in peculio & post mortem patris fratri pecuniam soluerit per errorem, eam pecuniā cōdicit pro parte qua patri heres extitit. Cur ita? Quia inquis, vt obseruator supponit hoc inducit compensatio. Marucine, vbi vero hoc Obseruator supponit, qui hanc solam sēpius rationem iterat quod pro ea parte confusione siue acquisitione hereditatis sublata fuerit obligatio naturalis. & quod genus compensationis hoc est: cuius pecuniæ cum qua pecuniæ?

Caput quod sequitur omittimus quia nihil ad nos attinet. & quod iteras de emolumento obligationis quæsito patri non obligatione ipsa satis iam superiore profligauimus.

AD CAP. IX.

OMNIVM possessionis quod nusquam reperi dicis, reperies in l. i. C. Greg. si sub alt. no. res emp. erit Cum, inquit, dominium possessionis quod habuisse semper & adhuc habere proposis, securus obtineas. quod est, cum possessionē obtineas, cum inductus sis in possessionem, vt l. 2. eo. tit. Itē in l. 2. C. Th. de mat. bon. Res, inquit, maternas, ita haberi placet in parentum potestate, vt dominium tantū possessionis usurpent, alienandi vero licentiam facultatēmque non habeant. & ita quod dominium boni, possessio tribuere dicitur. l. i. De bo. poss. l. debitor. §. i. De pig. act. est dominium possessionis tantum nō proprietatis. & iussus possidere qui dominus fieri dicitur l. i. De fun. do. dominus tantum possessionis sit nō proprietatis. Prætor vt heredem ita dominum. i. proprietatum facere non potest Heredem aut dominum facere legis est, possessionem facere iurisdictionis. Porro dominum est genus, Possessio, usufructus, Proprietas species. nec quidquam aliud inter proprietatem & dominium est. Et recte in l. si procurator De adq. rer.

S. do. Do

do. Dominium id est proprietas, quod adiecit ne quis dominij appellatione intelligeret possessionem, quamquam & hanc ipsam satis constat per procuratorem adquiri sed & proprietatem per eum adquiri docere voluit. Hæc sunt certissima à quibus tu aberras maximè, cum etiam specialiter dominio accepto pro proprietate id vis à proprietate differre tanquam effectum à causa. cuius rei quem auctorem habes? aut quis possit vñquam inueniri tam in eptæ rei auctor? Synonyma hæc facit d. I. si procurator, non ergo eo distant inter se quo ab effectu causa. Tu ipse cum separas proprietatem à dominio & dominium dotis das marito, proprietatem vxori, simul atque a causam ab effectu separati non posse, præbes nobis per quam idoneum argumentum negandi proprietatem esse causam, dominium effectum. Marrucine, Dominium & proprietas idem est prorsus, & causa dominij vel proprietatis traditio vel vsucatio, quæ sunt duo summa genera adquirendi dominij proprietatis. Et tam proprietas quam dominium dotis dicitur esse marital. Cum in fundo. De iur. do. illo loco, Maritum per dotem consequi plenam fundi proprietatem, nemo te insipientior fuit vel est vel futurus est vñquam, nemo imperitior, nemo impotentior veri. nam & hoc consequens est ut imperitus non possit adsequi verū, iuxta illud Oppiani, οὐαὶ ἀτεμπτον δόγματι, καὶ θλαστικὴ τερπετέος πειθασθε. Que imperitia est sic argu mētari? Possessor non habet ius in re ergo nō est dominus, Imo habet ius possessionis ergo est dominus possessionis. Itemque adfirmare bon, possessorem à lege constitui heredis vice. debuisti dicere à prætore non à lege ut l. cum emancipatus in pr. De Co. pos. con. tab. nec debuisti addere quod est falsissimum, eum adquirere proprietatem rerum hereditiarum, quia prætor proprietarium sive dominum non facit.

Quod autem attinet ad questionem illam, Maritus fingatur dotis esse dominus necne, videamus quibus argumentis utaris ut probes esse verè dominum. Conuentione in manum, inquis, omnia quæ mulieris fuerunt, viri fiunt dotis nomine. Esto. & fiunt verè. Esto. ergo & datione dotis

tis quælibet dos verè fit in dominio mariti & nego consequentiam. aliud enim est conuentio in manum, longe aliud dotis datio. Conuentio in manum est capitis deminutio quæ cum capite & omnia bona quæ mulieris fuerunt re vera in maritum transfert. Datio autem dotis sine capitis deminutione siue omnia bona dentur in dotem siue pars bonorum contractus est l. exigere De iudic. l. 23. De regu. iur. qui re vera earum rerum dominium in maritum non transfert, sed ut definit l. in rebus C. de iu. dot. mulier earum rerum domina est iure naturali, quia & ex fructibus eius exhibetur & quandoque dos ei restituiri debet. maritus subtilitate & fictione iuris ciuilis quod ab initio eo voto detur ei ut eius fiat, vel quod idem est. Dos mulieris est, dos est res vxoria non maritalis. constante autem matrimonio in bonis mariti est. l. quamvis De iur. do. l. Lucius §. idem respondit. Ad municip. mariti perfectè non est quia ex casu ei auferri potest. l. 139. §. 1. De regu. iur. & in institutionibus non dicitur etiam dominus simpliciter, sed dominus dotis causa, sicut fundo dotali æstimato non emptor simpliciter sed emptor dotis causa l. quotiens De iu. dot. Nec dicas matrimonium esse causam adquirendi dominij dotis sed dationem vel traditionem l. 5. soluto matrimonio l. dotale. §. dotale De fun. dot. l. si socius Pro soc. l. quoties §. vltimo. De peculio Matrimonium causa est dotis constituendæ, Dos causa & titulus traditionis, Traditio dominij. Etiam nihil valet argumentatio ducta ex propositione falsa, Ei soli competit vindicatio qui verè dominus est: nam & non domino utilem vindicationem competere quis nescit? ac postremo deficit tibi ratio omnis calumniandi verba d. l. in rebus quæ sunt apertissima, Res dotales naturaliter in mulieris dominio permansisse, nec quod legum subtilitate transitus earum in patrimonium mariti videatur fieri, ideo rei veritatem deliveri vel confundi. Audis, rei veritatem, ergo mulier re vera est domina non maritus. Et paulo post, ex natura iure res mulieris esse, secundum legum subtilitatem.

ad mariti substantiam peruenisse videri. Tu vt hanc distinctionem inter ius civile & ius naturale tollas, & fanaticam illam introducas inter proprietatem & dominium quid cōminisce-
ris? nempe ex legum subtilitate dominium dotis transire ad heredem mariti, re vera ad maritum. primū lex ait, ad patrimo-
nium mariti, ad substantiam mariti, nec de herede mariti aut
hereditate loquitur. deinde quid agis aliudne dominium trā-
sit in heredē quām quod defunctus habuit? an quod in defun-
cto fuit verum, non erit etiam in herede verum, sed fictitium?
deinde quem tu mihi heredem mariti commemoras quasi lex
tantum ad dotem pertineat quam mulier persequitur morte
mariti soluto matrimonio. an non pertinet etiam ad eam quā
diuortio facta vel etiam quę constante matrimonio? ac postre-
mo quām est futile & commentitium illud, ante d.l. in rebus,
morte viri soluto matrimonio non potuisse mulierem res do-
tales quę per vniuersitatem ad heredem mariti transierant, ab
eo vindicare, cum aperit l.i. De fun. dicas eas transire cum
suo iure, & secundum quod possibile est quod est ~~maria~~ à ~~re~~ ~~ex~~
~~mar~~, quatenus rei qua de agitur conditio patitur, videlicet non
vt eas res tantum heres alienare non possit sed vt & mulier ip-
sa quasi domina iure gentium vt suas vindicare possit vel vt res
mariti actione hypothecaria, & l.in rebus priuilegiarias tan-
tum actiones in rem & hypothecariam fecit quę mulieri iam
competebant, sed non erant priuilegiarię. Competebat etiam
personalis, quasi rerum sibi debitaruin. & hæc semper fuit pri-
uilegiaria,

AD CAP. X.



O c capite yicisti te ipsum, vel vt explicatius di-
cam, fecisti vt qualis es talis plus aliquanto sis.
Primum, inquis, in l.12, De bon. lib. illud expen-
di volo Vlpianum non scribere nominatum fi-
lium silentio exhereditatum excludi bonis liber-
torum paternorum. Et mox fateris tamen hanc esse Vlpiani
sententiam vt excludatur, quam & titulus ipse satis demon-
strat, quid igitur promouisti aut quid promouebit qui id ex-
pende

p̄ederit quid frusta nobis ingeris vanas & futilles cogitationes tuas? Deinde quod Pauli verba in l.47. in fi. eo. tit. longe aliter quam senserit Vlpianus ostendunt filium silentio exheredatum non excludi bonis libertorum paternorum, id tu interpretaris esse ex benigna interpretatione. Iure summo veriorum esse Vlpiani sententiam. quis tibi iudex aut testis est huiuscembenignæ interpretationis? non quidem ullum ne minimum quidem verbum quo Paulus usus sit, quod tamen non solent iuris auctores omittere, cum quid contra tenorem iuris ex benignitate quadam recipi volunt, & perperam eius benignitate argumentum ducis ex l.42. eod.tit. quasi scilicet quemadmodum qui non potest venire ad liberti bona ut patronus, venire potest ut patroni filius, ita qui potest venire ut nepos, possit etiam venire ut filius. quæ comparatio vitiosa est. nec enim quod quis uno iure venire possit non altero, eodem argumento vel exemplo venire poterit alius uno atque altero. Falsa quoque illa ratiocinatio est, Si filius nominatim exhereditatus, ad bona liberti paterni venire potest scilicet ex aequitate d. l. 12. §. 1. & multo magis is qui silentio exhereditatus est. nam id quod proponis d. l. 12. §. 1. non ita proponit generaliter, sed sub hac exceptione, Si pater filio libertum adsignauerit: cui & haec similis est, Si cauerit ut ei saluum esset ius in libertum. l. si pater exhereditato eod. Tandem pronus prolaberis ad Domini sententiam, & saltet a silentio exheredatum non esse excludendum bonis libertorum auctorum. Tacite igitur pateris excludi bonis libertorum paternorum. quod quid aliud est quam negationem recipere quam Dominus apposuit in extremo versu d.l. 47. quam tamen ab initio ita te comparabas ut non reciperes, & quam omnino exigunt illa verba Pauli, Non usque eo silentium patris eis nocere debere ut & a bonis libertorum auctorum repellendi debeant. Hoc enim proinde est ac si diceret, Repellatur bonis patronorum libertorum, feram, sed & bonis auctorum ut repellatur, hoc non feram: ideoq; in annotatione q̄ sequitur dixit deesse negationē. quod enim subiicitur, Id ē respōsum, glossema vel adnotatio vetus est, ut & in l.21. §. id ē resp. Ad municip. quod subiicitur, Hoc respōsum. &c. Cetera proludia quæ hoc caput habet sunt ludione suo digna.



E Q V I T V R glossa Aureliana , cuius hæc ætas te solum & summum artificem habet ad l. 40. De leg. i. Si res aliena, inquit Vlpianus , cuius commercium legatarius non habet ei cui ius possidendi non est per fideicommissum relinquatur puto æstimationem deberi. Hoc ita, inquis, si id testator sciens reliquerit, & fideicommissarius id quod relatum est, propter qualitatem rei quæ relata est habere non possit, vt puta si Iudæo relinquatur seruus Christianus , si seruo militia ex l. fideicommissa §. si quid alicui eod. Tit. Hæc glossa accommodari non potest ad d. l. 40. nam l. 40. vt scripta est de fideicommissario loquitur cui ius possidendi non est, id est cui illicite relinquitur, quiue relieti commercium non habet. Glossa de eo cui ius possidendi est. l. vel quod idem est cui licite relinquitur vt ait d. §. si quid alicui, sed qui ex accidenti propter qualitatem relieti id habere non potest. Et consequenter distinctio quam subiicit inter scientem & ignorantem vt si scierit testator fideicommissarij aut relieti qualitatem debeatur æstimatio , si ignorauerit non debeatur , ad l. 40. accommodari non potest. nam eius quod illicite relinquitur nullo casu æstimatio debetur l. mortuo. §. pen. De leg. 2. & l. 11. §. si seruo. De leg. 3. vbi ea distinctio proponitur non est de illico legato. Militia legatum seruo non relinquitur illicite quia in quantitate potius quam in functione vel administratione consistit d. l. mortuo. §. l. l. Titia Seio in pt. eod. & seruus summae siue quantitatis capienda incapax non est.

Inter ea quæ relinquuntur incapacibus vel his , vt tu ais, qui propter delictum suum ea habere non possunt male numeras relegatum cui domus urbana relinquitur quia & si in vrbe morari non possit non prohibetur tamen prædia in vrbe possidere. male infamem cui militia legatur. quia infamia dignitate tantum arcet, non militia , non militiæ commodis aut præbitis. Militia non est dignitas. alioquin militia non veniret in collationem bonorum inter fratres.

Præterij

Præterij pene quod dixisti initio huius capitatis, Eum qui promisit rem cuius commercium non habet vel heredē a quo legata est res cuius commercium non habet si modo promissa aut legata sit ei qui eius rei commercium habet, promissorem vel heredem in hoc teneri, ut rem ipsam mercetur & præstet. qui verò possit eam mercari qui eius commercium non habet ideoque nec d. l. mortuo. §. pen. ait heredem teneri in ipsam rem si eam redimere possit, sed si in bonis testatoris fuerit. Ne tyrunculus quidem possit in erroris & inscientiæ versari tenebris maioribus. Seruemus etiam si placet tenorem & consequentiam orationis tuæ. Instituis initio sermonem de legatario qui rei legatae commercium habuit, & mox tenore eodem seruato eundem legatarium ponis fuisse incapacem & in incapable facis illam differentiam inter scientem & ignorantem testatorem quæ omnino falsa est & consequenter falsa etiam differentia quam statuis inter legata & stipulationes. nam siue legatarius siue stipulator fuerit incapax, indistincte verum est nec æstimationem deberi d. l. mortuo. §. pen.

Postremò quod attinet ad verba l. 40. quæ ponunt rem alienam a legatario qui eius commercium non habuit fuisse alij per fideicommissum relictam qui etiam eius commercium non habuit vel quod idem est qui ius possidenda eius rei non habuit, tu vitium quod in eis est insuperhabes atque contemnis. quod & si ponant superuacuo legatarium eius rei commercium non habuisse, quatenus eidem quæstiōni locus est si legatarius rei commercium habuerit, fideicommissarius non habuerit, tamen non habeatur ratio legatarij & nihil referat habuerit necne. Si non habetur ratio, cur ponitur non habuisse? aut frustra igitur id ponitur aut habetur eius ratio. quod & verum est, sed tamen propter fideicommissarium qui eius rei commercium habuit æstimatio ei-debetur ut d.l. mortuo. §. pen. ex quo in d.l. 40. Dominus in Institut. & in tit. De verb. oblig. recte docuit esse legendum, Si cui ius possidendi est ut posita hac regula in l. 39. §. vltim. rem alienam legari inutiliter cuius commercium non est, ut nec æstimatio eius debeatur, in l. 40.

addatu

addatur hæc exceptio quæ additur etiam in d.l. mortuo. §. pen.
 Nisi legatarius rogetur eam rem restituere ei qui eius commercium habeat. quo casu æstimatio debetur. Regula non est de eo qui rei commercium habet sed ex accidenti aliquo rem habere non potest ergo nec exceptio. Bas. videntur legisse. Et quam ei ius possidendi non est. ἔργα λαθρίον πρᾶγμα λεγατεύης τινος τὸν οἰκτόνον διέχει τὸ δικαίωμα αὐτῷ νεκροῦ καὶ εἴσαι σημαντικόν τοις εἰδήσασιν. quæ etiā scriptura vitiosa est quia frustra repetitur. Et quā ei &c. & parum apte qui initio dicitur legatarius mox ei dicitur res per fideicōmissum relieta, & falsum quoque est ei æstimationem deberi. Commerciū in l. i. Quæ res pig. ob. recte Bas. interpretantur aliorum κλήσεως.

AD CAP. XI.

Ius ad crescendi in emptorem hereditatis hanc ratione transire ait, quia in emptorem transit ius omne successionis quod heres idēque venditor habuit. hoc est falsum. In emptorem non transit ius heredis sicut nec in eum cui heres in iure hereditatem cessit, sed remanet apud heredem, & ob id creditoribus defuncti & legatariis uterque obligatus manet l. 2. C. de her. vend. l. 2. C. de legat. & similiter ei qui vendidit etiā debitores defuncti obligati manent, non tamen ei qui cessit in iure, vt Vlpianus scribit lib. Regularum, quia hoc casu debita hereditaria pereunt. nec viro modo obstat quod ait l. 2. De her. vend. neque amplius neque minus iuris emptorem habere, quām apud heredem futurum esset quoniam id tantum agi ait inter ementem & vendentem ut neque amplius neque minus &c. & agitur id sane plerumque interpositis stipulationibus emptæ & venditæ hereditatis. Ceterum ipso iure successionis ius in emptorem non transit. Corpora in emptorem transiunt. Iura in suo statu manent. l. 3. Pro soc. Nihil etiam iuuari hanc sententiam l. si Titio in fi. De usufr. Dominus satis ostendit quia qui hereditatem vendidit eam possidere videtur; vt l. 4. §. vlt. Si quis omis. cau. test. cuius sententiae ratio generalis est maxime cum de hereditate.

ditate agitur, quam tu dissimulas quia pretium successit in locum rei & quasi ipsum hereditarium factum est, l. si & rem. De pet. her. Nihil etiam l. si totam. De adq. her. quoniam is cui vt indigno erepta hereditas est, plane rem amittit, is qui vendidit cum habeat pretium rem non amittit. qua re etiam qui vendidit ab eo distat qui vrgente fideicommissario coactus adiit, quia & hic rem omnem amittit, vendor qui pretium habet rem habere videtur. illi potest obiici quod quantum in eo fuerit destituerit iudicium defuncti, quia non adiit sua sponte, quod vendor qui sua sponte adiit obiici non potest. quo planum sit quam tu peruerse venditorem hereditatis confundas vel cum eo qui coactus adiit vel cum eō cui vt indigno erepta hereditas est. Nō repeto rationes quibus Dominus probauit ius ad crescendi in emptorem hereditatis non transire, quas tu vt non potuisti nec refellere conatus es..

AD CAP. III.

AL E vulgo legitur in l. Pap. ad Treb. ignarus sit, quia in ea queritur an si post restitucionem hereditatis heredi scripto ad creuerit portio coheredis, opus sit fideicommissario alia actione, ut eam portionem recipiat. gnaro igitur fideicommissario non ignaro, nam ignaris non datur actio, nec ullum aliud remedium iuris sed scientibus & postulatis. Et ponas quantum libuerit ignaro fideicommissario eam portionem ad creuisse heredi scripto, nunquam tamen eam questionem insti tuas recte antequam fideicommissarius eius rei gnarus fuerit & desiderauerit eam quoque portionem sibi restitui. Eodem loco pro Actione legendum est Aditione, ut hoc querat an fideicommissario sit necesse heredem compellere ad eam portionem adeundam, & respondeat fideicommissarium esse securum id est etiam non aditam portionem ad eum pertinere. Semel factam aditionem sufficere. Si hoc querret an opus sit ei alia actione, hoc respondet securum eum esse posse sine alia actione, & tamen tu ait alia eum actione indigere, nempe rei vindicatione. Et pessime rei vindicatione quia portio hereditaria.

T.

taria rei vindicatione non petitur quæ non de hereditate aut de hereditatis portione, sed specialis in rem actio est, vel si rei vindicationem accipis pro hereditatis petitione, ea fideicommissum non petitur sed extraordinaria persecutione. I. pecunia. §. persecutionis De ver. sig. & hereditatis petitio fideicommissario non datur nisi post restitutionem aduersus alios, non etiam aduersus heredem scriptum I. vltim. §. pen. De fid. her. pet. verum quidem est eum alia actione vel persecutione vel in rem missione indigere, sed non ea quam tu defers, nec actione ex testamento, illam, & si iam subnotauerim & sit alius statim intellecturus quid velim, adhuc tamen tibi quærendam relinquo. quod si alia actione indiget non est ipso iure securus. ergo male in ea lege scriptum est actione pro aditione, ut suo loco Observator docuit. Sequitur in d. I. Papin. De illo plane loco solo quærendum ait &c. Locum sic accipit, ut Dialetici, ut M. Tullius, magnum esse locum. Quærendum autem an opus sit fideicommissario noua restitutione eius scilicet portionis quæ adcreuit, quasi minus prior restituerit. Rem in disquisitionem vocat neque definit, sed iam docuit communis præceptor ut aditione ita restitutione noua opus non esse. Actione autem maxime opus esse, qua fideicommissarius ad ius suum omne perueniat, cum scilicet heres compulsus adiit, quo generem rem omnem amisit. nam in eo qui sponte adiit aliud obseruandum est.

AD CAP. XIII.



N hac quæstione, An mulier quæ suæ dotis conseruandæ causa bona mariti persecutur iure tacitæ hypothecæ, præferatur prioribus omnibus creditoribus hypothecariis etiâ expressam & manifestatam hypothecam habentibus accedit quod mirum est sententia Observatoris quæ eadem est cum Martini sententia. Verum quæstionem tractas incondite solens tuo more, nec non intermixto errore aliquo. Erras enim vehementer cum scribis eum qui

qui ad refectionem domus pecuniam credidit habere in ea
re tacitam hypothecam. Debuisti dicere ad restitutionem vt
l. i. In quibus pig. tac. cont. non ad refectionem. Aliud est re-
stituere, aliud Reficere. l. 58. & 81. De leg. i. Erras quoque si exi-
stimas mulierem præferri iis quorum pecunia nauis empta,
vel facta, vel refecta, vel armata & reconcinnata, vel præ-
dium comparatum vel domus restituta vel refecta est, si hy-
pothecarij creditores & antiquiores fuerint. quoniam inter
eos & mulierem seruatur ordo temporis ex nou. xcxi. &
is tantum excipitur cuius pecunia militia comparata est pi-
gnerato nominatim militiæ casu ea lege vt creditor in eo pi-
gnore omnibus anteponatur etiam antiquioribus. hic enim
etiam mulieri antiquiori anteponitur. Illud quoque certum
est inter fiscum & mulierem seruari ordinem temporis. nam
& olim cum mulier non habebat nisi expressam hypothecam,
fiscus tacitam, inter eos seruabatur ordo temporis. nec si pri-
uatus sit antiquior fisco & muliere & fiscus antiquior mulie-
re eo quod mulier præferatur priuato & priuatus fisco, &
continuò mulier debet præferri fisco. quia a disiunctis ad con-
iuncta argumentum non valet. mulier concurrens cum pri-
uato antiquiore vincit, concurrens cum fisco antiquiore vin-
citur. At mulier concurrens cum priuato & fisco antiquiori-
bus (fac maritum contraxisse cum priuato, cum fisco, cum
muliere) vincit priuatum & fiscum, & fiscum quidem non.
concurrendo cum fisco, sed concurrendo cum priuato eum-
que vincendo qui iam vicit fiscum. Hunc articulum attigi-
si, sed enucleare nequiuisti, forte nec vt enucleauerim adse-
qui poteris. Si quid sit in quo hæreas, habes collegas do-

Etissimos quibus æquius esset te adstante quam ad.

fidere qui orationem tibi scrupulum exi-
ment si modo eos adieris, vt

par est docilis atque
summissus.

T 2 AD

HE miser? quid dolet? quid instimulat? quis agit in te de verbo insuperhabere quod te tā male habet. ne literam quidem vnam inueni aut apicem qui te respiceret. quid igitur doles, quid ingemiscis? quod me quidam, inquis, arguant verbum illud scripsisse nusquam eo sensu legi, quæ culpa tam grauis. Deus bone, aetum est de existimatione mea, si est mea non librarij: At certe non est mea, quoniam ego non scripseram nusquam absolute, sed nusquam in iure. haec sunt tuæ expostulationes, hi gemitus, imo singultus, verba enim tibi penè sorbillant cum aïs, Ego illud verbum nusquam reperiri nolui dicere sed non reperiri apud puræ & terse latinitatis autores. Agellius, Apuleius, Symmachus, Interpres Panareti non sunt puræ latinitatis autores. hos hinc facessere iubeo cum aliis plerisque impuris vocabulis suis. Iurisconsulti sunt quidem mihi puri & terse latinitatis autores, quoniam hoc Laurentius Valla dixit cuius scilicet iudicium meo præstantius est. Sed apud Papinianum in l. 43. De relig. & l. 17. De his quib. vt indig. Insuper habere non est vna pars orationis, sed duæ. Demus esse vnam aliis vt & eidē Apuleio subterhabere, qua significetur *in propria*, omittere, negligere, sed ne demus quæso Papiniano fuisse vnam, & ideo ne legamus in d.l. 43. vt in Flor. quia propter publicam utilitatem ne insepulta corpora iaceant strictam rationem insuperhabemus, sed, quia præter, & hanc dicamus quamvis non sit verum, esse vulgatam lectionem atque receptam. Atquin si ita legamus, & ex verbo illo faciamus duas partes orationis, stricta ratio consentiet cum ratione publicæ utilitatis, quæ tamen ei protinus opposita est. §. item si adhuc. Instit. de mand. & verò opponitur in d. l. 43. cum præualere dicitur ratio utilitatis, & omitti stricta, nihil refert. hoc dissimulemus. Ne legamus etiam in d. l. 17. vt Flor. Heredem qui sciens defuncti vindictam insuperhabuit fructus omnes restituere cogendum. Sed vt sint duæ dictiones, legamus, Defuncti vindictam omisit & insuper habuit fructus, omnes restituere cogendum. quod perinde est ac si dixisset, Heredem qui

qui non fecit & insuperfecit. Volumus ut hæc tam elegans. lectio obtineat potius quam Flor. Illud nequaquam approbemus quod Observator ait in l. 2. C. si quis omis. caus. test. esse legendum, Iudicium defuncti non insuperhabitum sed legamus ut in quibusdam manuscriptis scriptum multo aptius est, non usurpatum, & de huius verbi significatu ex Calepino sumamus Ciceronis & Lucretij testimonia, & hac in parte sat bene nobiscum actum erit. Atquin perspicuè tres in ea lege ponuntur casus, uno iudicium defuncti fuisse insuperhabitum, omisso testamento & ab intestato possessa hereditate, quo sane relictorum in testamento petitio competit, altero iudicium defuncti. i. testamentum non fuisse insuperhabitum, sed non iure factum, quo relictorum petitio nulla competit, tertio heredem scriptum insuper habuisse iudicium defuncti repudata hereditate, & alium ab intestato eam possedisse, quo etiam casu relictorum petitio nulla competit, quæ trium casuum perspicuitas tollitur, si legamus, Non usurpatum, ut simpliciter secundus casus hic sit, si irritum factum sit testamentum non addita hereditate nec petita bon. pos. sec. tab. qui imo tertius est, sed nihil refert hoc dissimulemus. Et quod destituitur ab herede testamento, non tam fit irritum iuris ratione, quam ob desertionem & cessationem heredis, & lex loquitur de eo quod iuris ratione ad irritum vocatur & ex aduerso ei mox opponit iure factum. ergo irritum iuris ratione id vocat quod non iure factum non quop destitutum est. nihil refert. Quid si vetustiores Codices exhibeantur in quibus illud insuper habitum in littera deuersum perspicue cernitur absque dubio culpa imperiti librarij cui-huius verbi usio & notio incognita erat, nihil hoc etiam refert. Ergo vale *ā ētūōrī mōriqas dōxēve.*

AD CAP. XVII.



TIAM hodie dotis aduentitiae actio communis est patris & filii. Cur enim dotis profectio dicitur esse communis? quia non potest de ea agere pater sine consensu filii. eadem ratio vallet in aduentitia, quoniam ut est scriptum in l.

vlt. §. vbi autem De bo. quæ lib. ex causa aduentitia pater agere non potest non adhibito consensu filiorum. Non est igitur verum hodiæ actionem dotis aduentitiae esse propriam filiæ. Imo nec per omnia dotem, non quantum attinet ad dominium possessionis naturalis siue usufructus, non quantum ad ius exigendæ & accipiendæ dotis, nam si communis est exactio & eo respectu dōs quoque ipsa communis est. Et quod ait l. 3. solutum. In dote exigenda & soluenda quæ communis est patris & filiæ utriusque voluntatem exquiri hoc est & in aduentitia & in profectitia verum. nam si aduentitiam non potest pater exigere sine voluntate filiæ, ergo nec accipere l. 2. C. eod. repugnat non recte exigere & recte accipere. Et quod ait d. l. 3. quæ communis est patris & filiæ *αὐτολογία* est non *ανθελαγόνη*, vt frequenter in iure eo pronomine ratio demonstratur non illa inducitur differentia l. heres §. vlti. De pet. her. l. 3. De transact.

Quod autem ait l. 2. §. quod si in patris eo. dotem profectitiam esse patris & filiae, nec addit aduentitiam, hoc verosimilius est Tribonianum omisisse respiciētem ad proprietatem dotis aduentitiae, quæ hodie solius filiæ est. At non habita ratione proprietatis quod ad cetera attinet tam veteri quam nouo iure & dōs aduentitia & actio communis est patris & filiæ. Alia in re sunt multæ differentiae inter profectitiam & aduentitiam dotem, quas complexus est Modestinus lib. singulari de differentia dotis, ex quibus una est illa quam subiicis, mortua in matrimonio filia dotem profectitiam redire ad patrem, aduentitiam penes maritum remanere, cuius adsertor est Obs. à quo sumpfisti. Verū ex illa nō recte efficis alteram, vt profectitia sit communis non aduentitia. quacunque enim ratione constitueris profectitiam esse communem, eadem ego vincam & aduentitiam esse communem, vel qua hanc non esse & ego pariter illam. Ceteras differentias quæ sunt quamplurimæ, quia tu non attingis nec ego explicabo tibi. Si eas nosse cupis da te in disciplinam Furnerij vel alterius tuæ collegæ. neminem habes qui non te docere possit. In loco quem ex Vlpiani titulo de dotibus profers pro reuera scribe rei vxoriæ, quod Observator non ita dudum indicauit.

ad libros Animaduers. Io. Roberti. 151
AD CAP. XVIII.



B S E R V A T O R si recte animaduertisti neque in totū neque valdē probat summi amici sui Ant¹ Goueani sententiam. nec enim illa verba l.2. fol¹ mat. Et dos ab eo profecta sit , Tribonianī esse concedit, sed quid sentiat satis exposuit superio^ri capite. Hac tamen verba in l.27. De iu. f. p. prout ad maritum^m pertineat, omni adseueratione confirmat à Triboniano addita esse hac ratione , quia hodie mortua in matrimonio filia dos aduentitia vel etiam dos profectitia si mortua sit post patrem, quę olim vtraque remanebat apud maritum , non remanet apud eum nisi conuenerit l. vnica §. illo proculdubio. C. de rei vx. a. t. Tù addita esse diuinis ab ipso Vlpiano ne quis intelligeret dotem profectitiam quæ nō remanet apud virum fisco vindicari quasi scilicet non esset satis apertum Vlpianum agere de ea tantum dote profectitia vel aduentitia, quæ remaneret apud virū, vt exemplo hereditatis & dos quæ mariti lucro cederet ob insuperabitam vindictam necatæ vxoris redigeretur in fiscum. nam & profectitia apud maritum remanet si pater non sit l. cum patrem. C. de iur. dot. Vlpianus lib. Reg. Mortua in matrimonio muliere dos à patre profecta, si pater non sit apud maritum remanet.

AD CAP. XIX.

I L. Titius ex suis ædibus proiectionem habeat supra vicini solum, quę est species l.3. §. item videamus. Vti poss. non negas L. Titium cum ædibus suis possidere superficiem, Vicinum autem possidere solum. & tamen si non iure proiectio haberi dicatur negas alteri aduersus alterum utile interdictum esse. falso. quia & L. Titius prohibet ne vicinus qui possidet solum eius calo libero fruatur, & vice versa vicinus prohibet ne L. Titius ædium suarum superficie utri p̄toiecta est utatur fruatur. vterque inquietatur, unus in possessione soli , alter superficie cuius portio est proiectio illa vel potius in possessione ædium cum superficie.
nam

nam superficies per se à domino ædium non possidetur, sed cū vniuersitate ædium. Ergo tuendę & retinendę suę possessionis causa ytrique vtile est interdictum vti possidetis, sicut si L. Titius ex ædibus suis proiectionem habeat supra ædes vicini; ytrique idem interdictum competit d.l.3. §. Labeo. Datur autem ei qui solum possidet non quia ea proiectio cedat solo, ille non dixit hac ratione soli possessori interdictum dari, sed quia per eā proiectionē fit ne vicinus sui soli libero cælo fruatur. Dixit quidem eam proiectionem cedere solo etiam si solum non tangat ex l. vlt. §. pen. Quod vi aut claram, Non dixit esse superficiē eius soli quæ portio est superficiei ædium L. Titij, non dixit ei solo coharrere, non dixit ea ratione possessori soli dari interdictum vti possidetis. Ratio yero propter quam tu negas id ei interdictum vtile esse falsa & captiosa est; quia, inquis, proiectionis possessio soli possessionem non contingit. hoc est falsum, nam & si proiectio non tangat solum, contingit tamen possessionem soli, quia eam minus liberam reddit adempto cælo. quia de causa mox addidisti sufflamen, soli ratione. quia nō poteras negare cæli ratione proiectionem possessori soli impedimentum adferre. sed si cæli ratione ut fateris, ergo & soli, quia cælum cedit solo. & ratio habetur vtriusque l. si opus. §. pen. Quod vi aut claram. Cælum, inquam, cedit solo. Cælum ius soli sequitur. ergo & quodcūque in id cælum proiicitur. nec verum est in d.l. vlt. §. pen. id admitti speciali sepulchri ratione ad quam ea quoque lex non respicit, sed ad communē, quia cælum quod supra solum intercedit omne sequitur causam soli. Non est etiam speciale quod ait l.2. De sep. viol. statuam appositam non affixam vel applumbatam sepulchro, sepulchri esse, nam id ē est in statua ædificio apposita, sicut in tegulis. l.8. quod vi aut claram. nec sequitur si dicas. l.9. §. l. eod. loqui de adfixa, ergo non idem esse in apposita, sicut nec quod l.11. §. si quis eod. loquatur de apposita, ideo aliud esse in adfixa. Rationem quæ dicimus quātū Cassius dixit, vt in plerisque libris habetur in d. §. item videamus, ytrique interdictum vtile esse, quia vterque possidet quæ peruvincit. ytrique vtile esse, tu callide prætermittis, simul & quod ante tradideras ei qui possidet ædes vtile esse, quæ confessio tua necessario efficit & possessori soli idem vtile.

vtile esse. quia si utriusque communis iusta ratio est & communio igitur ius in utroque debet esse. Non stulte sapis. Auersaris maxime quae nocent quaeunque potius enecant te.

Ad hæc differentia quam statuis inter interdictum uti possidetis & interdictum Quod vi aut clam, quod hoc sit de opere facto, illud de possessione, nihil ad rem facit, nec enim ideo minus ex eodem facto utrumque interdictum competit. si finita sit meminisse in si. De op. no. nunt.

His addis te non videre quare exemplum interdicti de superficie ille dixerit trahi posse ad projectionem. Non vides igitur comparatum esse interdictum De superficie ad exemplum interdicti uti possidetis. inter quæ tamen magna differentia est, & comparari igitur posse interdictum De projectione ad exemplum interdicti De superficie, licet inter ea magna sit differentia. Exemplum facis & exemplar idem nobis eadem audacia, idemque faciendi ius non est.

Valde suavis es cum pro exemplo projectionis aduers columnam Maeuiam quæ nusquam est Maeuiam inuenies apud Ciceronem, Plinium & Symmachum, vel Mainiam non Maeuiam.

AD CAP. XX.



AL SVM est Non iam, vel iam non Observatorem accipere pro Nondum, qui allato tantum Comici loco, non alio id se modo accipi velle demonstravit quam quo Comicus nee interpretatus est, Nondum.

Falsum callide eum quidquam agere cum modo ait accipit modo accepit in explicanda l. 27. §. quotiens Ad Treb. Nulla potest esse calliditas in usu promiscuo unius verbi cum una est oratio unusque contextus. Siue igitur filius præteritus cui heres scriptus rogatus est hereditatem restituere iam non accipit vel accipit (quid refert?) bona, poss. contra tab. Marcellus ait heredem scriptum ut Observator liquido probauit esse legendum, competi adire hereditatem ne fideicommissum intercidat

tercidat forte interim mortuo herede scripto ante aditam hereditatem, & post omissa à filio bon. poss. contra tabulas. quæ sententia nihil est euidentius. Tu postquam desudasti miserè in punctiunculis temporis præteriti, præsentis, futuri eius artis ignarus cuius etiam cognitionem deditigaris & vitio vertis, quam tamen Constantij constitutio quædam omnium virtutum ait esse maximam, eam Marcelli sententiam corrumpis cum in ea agi forte non ex animi tui scientia vis de ea ipsa specie de qua Julianus egit. At Julianus egit de filio qui bon. possessione accipit. Marcellus de eo qui non accepit vel accipit, cuique integrum est eam omittere. Tu vis tamen atque supponis utrumque tractasse eandem speciem, ut quod tibi obiicitur, Non posse iam acceptam bonorum possessionem omitti, in ipsum Observatorem retorqueas. hæc est tua simplicitas. quæso in hanc rem lectors animum attendite, & in id quod hac calumnia præmissa mox ita concludit, Rectior itaque est lectio vulgata. Conclusio plane talis qualia sunt præmissa. Eiusdem pulueris sunt quæ sequuntur. Posse in d. §. poni speciem etiam in fideicommisso extraneo reliquo. nam hoc casu certum est non tantum si filius accipit bon. posse. sed & si accipere possit heredem scriptum non compelli adire & restituere, sicut nec legata aut fideicommissa cetera præstare. l. 2. De exc. rei iud. At specie positâ in fideicommisso reliquo filio præterito, si quidem filius accipit vel acceperit bon. posse. heres etiam compelli non potest si accipere possit compelli potest. d. l. 27. §. qui rogatus, propter rationem possum in d. §. quotiens, ne intercidat fideicommissum. &c. quæ peruincit non posse in eo §. poni speciem nisi in fideicommisso reliquo filio præterito, simul atque Marcellum diuersam à Juliano posuisse speciem, puta si non iam filius accipit vel accipit bon. possessionem, & in ea notasse quod & Julianus ipse fatetur in §. qui rogatus, heredem compelli adire.

Post te dicente ex Italiani sententia heredem restituere ex Marcelli adire non compelli, & Domino obiiciente eum qui remouet restitutionem remouere etiam aditionem & contra eum qui remouet aditionem remouere restitutionem,

nem . nihil ergo Iuliano addere Marcelli notam , vt vulgo prescripta est , tu quid ais ? Primum id quod dixit eum qui remouet restitutionem & aditionem remouere non semper dicis esse verum , quando autem non sit verum non explicas , fateris igitur . Id vero quod ex diuerso dixit eum qui remouet aditionem , & restitutionem remouere eodem exemplo quo & is qui aditionem ponit & restitutionem ponit . quid ais ? Pandata ceruice tacitus priorem partem admittis remota scilicet aditione & restitutione remoueri . Marcellum igitur qui scribit heredem non compelli adire & id frusta iterare quod Julianus dixerat heredem non compelli restituere . Posteriorem quoque fateris regulariter esse veram , quia quibusdam tantum casibus euenire posse ais vt heres adire cogatur ne intercidat fideicommisum qui nondum restituere tenetur , quibus tamen casibus & restitutio post aditionem quandoque insecurita est , nec ullum possis dare casum nisi egrediare fines propositæ questionis quo aditionem restitutio non sequatur . falsus enim ille est quem aduers ex d.l. 27. §. si patronus , quia & patronus ex debita parte heres institutus & coactus adire restituere tenetur , qui sponte adiit non item quia portio debita patrono fideicommisso onerari non potuit nisi liberis liberti fideicommisso relicto . l. 64. §. vlti. eod . At proposita quæstio est de coacta aditione non de spontanea .

Rursus Domino obiiciente absurdum esse quod vis Marcellum scribere vt dicatur non compelli adire qui nec potest adire re perducta ad causam intestati per bon. pos. contra tab. tu quid ais ? fateris rem perduci ad causam intestati , sed inquis , non per bon. posse. contra tabulas . de hoc postea videro , interim mihi satis hoc est rem perduci ad causam intestati , vt absurde dici probem heredem scriptum re perducta ad causam intestati non compelli hereditatem adire . An autem res perducatur ad causam intestati per bon. pos. contra tab. videamus . Tu dicis hoc fieri testamenti rescissione non bon. possessione contra tab. Marrucine , l. vt liberis C. de colla . dicit testa-

mehtum rescindi petita bon. poss. contra tab. Tu dicas non rescindi. Quid enim, inquit, si bon. possessio fuerit sine re? An vero de alia lex loquitur quā de ea quā est cum re? nimium graphicus Sophista es.

Vt cetera persequar, etiam ne vis adhuc tueri te hæc verba Marcelli, Ne intercidat fideicommissum mortuo herede &c, non accipere pro ratione remotua, cum ea his ipsis verbis interpretaris, nec ob id cogendum heredem adire quod fideicommissarij intersit, fideicommissum non intercidere herede moriente ante aditam hereditatem, quia fieri potest vt filius qui accepit bon. possessionem eam omittat. quid aliud hoc est, quā remouere rationem dubitandi? & abrogare rationem decidēdi quam ea verba constituant vt & l. ille à quo. §. I. & l. cogi. §. I. eo. Aberrabat tibi animus cum existimasti id quemquam arbitrari ideo te nolle compelli heredē adire si filius acceperit bon. possessionem, ne intercidat fideicommissum. hoc de te tam peruerse nemo cogitauit vnquam, tu id cogitasti solus & peruerse ne dicam impudenter imposuisti alij.

Id quoque vis perfræte & qualiter qualiter tueri, eum qui petiit, veterator noli mutare verba legum, lex accipiēdi verbo vtitur non petendi, dico igitur, eum qui accepit, non qui petiit bon. possessionem postea omittere eam posse, quia in iure semper omittere bon. poss. vel hereditatem est ab ea tempore excludi. i. intra tempora constituta eam non accipere. & nihil stultius est quam dicere eum qui accepit postea posse non accipere. Etiam in l. i. §. si quis ex nepotibus De coniung. cum em. lib. & l. vnica C. quan. non pet. par. quas in medium profers, omittere est tempore excludi. Amittere scilicet genus, Omittere species. & hoc sensu semper hereditas aut bon. possessio omitti dicitur non alio. nec tu mihi in contrarium adferas testimonia quā sunt alia de re quā de hereditate aut bon. possessione, ex nostris auctoribus vel ex Liuio, Cæsare, Virgilio, quā sumpsi ex Calepino. Abi cum isto Calepino in valetudinariū. nunquam existimassem te tam miserū esse vt eo semper vtereris cum quid proferre aut probare velles ex aliis auctoribus nisi me admonuisset huius rei adolescens quidam qui tibi olim familiaris fuit καὶ παραπομάτων οὐ μεγάλη. quā nunc damnata

nata ad culinam abhorret & detestatur mirum in modum dolens & mœstus tantum sibi apud te temporis deperisse. eadem que vox est omnium qui a te ad nos emigrant. *καὶ μάλα γέ σικην.*

Memineris autem te olim scripsisse d. §. quotiens esse de fideicommisso non quidem filio sed alicui extraneo relicto, & hodie scribere nullam te facere distinctionem sitne fideicommissum filio an extraneo relictum.

AD CAP. XXI.



Ic est dulcissime magister. In l. 25. §. i. Quand. dies leg. illo loco Si pupillus sine tutoris auctoritate nūmos accepisset, locupletior factus esset, si inferatur negatio, Papinianus habuit rationem Constitutionis D. Pij ex qua in pupillum locupletiorem factū vtilis datur actio etiam si sine tutoris auctoritate nummos acceperit, non etiam si locupletior factus non sit. At facis temerè, fecere temerè interpres qui eam negationem addiderunt contra fidem authentici Flor. cui legendo si adsueti fuissent vel ex ultimis literis verbi accepisset, repetiissent duas, vt in Flor. frequentissime contingit interdum vbi nō oportet repeti vnius verbi postremas literas, interdum vbi repeti eas prestitisset lectoris animo repetendas relinquor oratione soluta, cuiusmodi sane sunt plures in supradictis Pandectis, vt l. 14. eod. l. 17. §. si quis rogatus, l. 57. §. vlt. Ad Treb. l. Nescennius De exc. tut. l. 31. in fi. De her. inst. l. sumptus De rei vind. & aliis locis infinitis, & in aliis auctoribus s̄pē qui ob eam rem obscuriores esse creduntur vt ex latinis Tacitus, ex Græcis Heraclitus, testis Demetrius his verbis, τὸ ἀσωδέτορ τὴν διατελυμένορ δύος ἀσωφίτ πᾶν. ἀδηλος γαρ οὐκάγα πόλες αρχή διὰ τὸν λέσχηματορ τὰ ἡρακλίτου. καὶ γαρ τῶντα σωτερά τωντα τὸ πλεῖστον οὐκοισ. Quādū τινος ψυχρούσι illa tua ex Donato vt ais, imo ex Lexico vulgari æque frigido in quo is tantum Donati locus profertur quo tamen non efficitur ἀσωδέτορ fieri tantum per singula verba, vt cum nos dicimus dare, facere, præstare oportere, aut habere, possidere, tenere, aut soluere, reddere, satisfacere, quod tu inepte dicis fieri emphasis causa. nam & per

plura uāla fieri cōvīdēt, & non in singulis verbis, sed sententiis. etiā Fabius & Ruffinianus docent, vt in locis suprānotatis, vt in d.l. 27. §. 1. nummos accepisset, locupletior factus esset, soluta pro cōiuncta. Negatio nō potuit omitti fine culpa quia detrahitur. Cōiunctio potuit omitti quē nihil detrahit. Deniq; religiosores sumus quām tu vel Doctores tui. nihil enim addimus nihil detrahimus verbis Papiniani, tu addis & detrahis. & his cōsequenter cum ex ea pecunia ponatur pupillus locupletior factus, & tamē dicatur in eū actionem nō esse, Papinianū dicimus eo loco tractasse de iure veteri, non de iure nouo quod manauit ex Cōstit. D. Pij, cuius tamē nō erat ignarus. Et ita in l. cū tale. §. 1. De cond. & dem. eundē tractasse de iure veteri non ignarū nouæ Cōstitutionis D. Marci de remittēda à testatore cautione legatorū. Atquin, inquis, eodē loco facit mētionem eius Cōstitutionis. quid tū? eo demōstratur hoc tantū nō fuisse eū Cōstitutionis ignarū. Ceterū tractare eū de iure veteri quod ante eā Cōstitutionem obtinuit non potes negare cum trahet de fideicōmissio post mortē heredis sub hac cōdicione relieto. Si fideicōmissi cautionem fideicōmissarius non peteret, an eo casu cautioni Mūcianæ sit locus quā questio pertinet tantū ad ius vetus quia hodie ex Cōstit. D. Marci ea cōdicio nō intelligitur esse cōdicio. l. licet Vt leg. no. cau. l. auia §. vlt. De cōd. & dem. Dicimus etiā ex Domini sentētia iuris auctores sic de interdicto De precario tractare ac si ex eo non esset hodie ciuilis actio pres. verbis quā verisimile sit manare ex Cōstitutione aliqua cū sit bonę fidei, ex qua sentētia tu id tantū adsumis quod est in extremo, negās cā actionē ciuilē de precario dari ex Cōstitutionibus, & fateris igitur reliquū, puta quod dixit sic iuris, auctores tractare de interdicto illo ac si de precario hodie nulla esset ciuilis actio, quod te potissimū refellere oportebat. nā, principalis questio non est de origine & causa actionis de precario sed de iure veteri, an de eo iuris auctores tractent ac si hodie de precario nulla esset ciuilis actio, nec tamen est alienū a proposito inquirere vnde profecta sit illa ciuilis actio, hoc est ex qua lege vel Constitutione. nulla enim est actio bonæ fidei, quam lex aliqua fecerit bonæ fidei. ceteroquin stricta actio est. Diuisio illa actionū in strictas, & bonę fidei primum orta est ex legibus.

legibus xii. sicut. & doli mali & bonæ fidei nomine. & quas cōstat esse ex xii. & bonæ fidei veluti depositi quæ ex xii. fuit in duplum & familiæ erciscundæ, non dubiè & ex eadem lege factæ sunt bonæ fidei, vt Constitutione Iustiniani petitio hereditatis & actio ex stipulatu de dote. Et quamuis nesciamus qua ex lege aut Constitutione alia factæ sint bonæ fidei & hęc de preario quam Dominus illis inseruit, non ideo negādum est non profici si eas ex legibus vel Constitutionibus, quia omnes actiones ex legibus vel editis compositæ sunt. quales igitur sunt, tales ex isdem legibus factæ videntur.

Erras vehemēter cum actionem præf. verbis de preario ait, esse bonæ fidei, quod sit similis actioni cōmodati quæ est bonæ fidei. alioquin dicere etiam licebit actionem præscriptis verbis ex Do vt facias esse bonæ fidei quia est similis actioni locati cōducti, & actionem similiter ex Facio vt facias quæ est similis mandati actioni. & tamen constat inter omnes, eas strictas non bonæ fidei. nec est omnino verum quo c̄ ait l.i. De prec. precarium simile esse commodato, quoniam l. 14. eod. magis dicit esse simile donationi qui contractus non est. Dicito, hodie est simile commodato & numeratur inter contractus ab Vlpiano l. contractus De reg. iu. Olim fuit simile donationi. & idem Vlpianus quo libro enumeravit contractus iurisgentium l. ex hoc iure De iust. & iur. & precarium dixit esse genus liberalitatis ex iuregentium l. i. De prec. Et ex eo deduxit, & hodie igitur precarium esse contractum iurisgentium. & serua si quid potes Marrucine, eum in l. i. spectare ius vetus, in l. contractus ius nouum.

Illud falsum omnino est quod ex Accursio tradis in d.l. 14. & eum qui §.is qui preario De fur. nullam de preario esse ciuilem, hoc esse nullam competere actionem quæ suum & proprium nomen habeat. alioquin & cum Paulus ait v. Sēt. de preario esse ciuilem actionem id ita accipere oportebit, esse actionem proprij nominis, quod tamen est falsum. quia Paulus incerti actionem intelligit, i. præscriptis verbis. Paulus de iure nouo loquitur, illæ leges de veteri. Vis omnia quæcunque scripta sunt in corpore iuris accipi de iure nouo. Aut operiendus loris aut deplorandus es.



Iungatur istud cum x v. duo sunt capita omnium longe laudatissima. Vtique tu vicisti te esse magnum asellū. Aristoni curæ fuit vtrumque ius vetus & nouum tractare. non hoc scribit Plinius? idem nos dicimus Papiniano operæ & curæ fuisse. Tibi vetus non est curæ. In novo totus es. non potes in hoc esse quin & que sis in illo. denique si in illo non es, vtriusque imperitus es. Si in docendo non & que aperis ac traxas hoc atque illud, deturbandus & explodendus es. Non est iuris peritus nisi qui vtrumque ius nouit & tractat & multo minus qui sensu communi caret Iohannes de Petengo, de quo mentio fit in fine Feudorum.

AD CAP. XXXIII.



Pro non perstas in priori sententia, nec quæstionem illam an pupillus sine tutoris auctoritate obligetur naturaliter iam amplius dirimis facta distinctione inter pupillum proximum pubertati, & pupillum infantē vel proximum infantiae, quasi hic non obligetur naturaliter ille obligetur, sed eam distinctionem probas non esse nouam, nempe adhiberi in aliis causis. probas quod nemo negat. In hac causa cōtrahendæ naturalis obligationis cur etiam nō probas eidem distinctioni locum esse? hæres asino. Tranfis deinde ad id quod dixit proximum pubertati esse eum cui semestre tempus tantummodo reliquum sit, ex l. non tantum. De exc. tut. quæ etatem pupilli prope puberatatem esse ait si tantummodo semestre tempus reliquum sit, sicut in l. properandum. §. & si quidem C. De iudic. prope finem esse tempus litis, si semestre tantum tempus superfit. Et quia Theophilus proximum infantiae eum esse statuit qui agit annum septimum vel octauum, tu statuis & proximum pubertati esse eum qui agit annum x i i i i. vel x v. mala & præuara ratione. Vnus enim dicitur proximus infantiae iam lapsæ aut desinentis. alter proximus pubertati nondum cæptæ. non

non eadē agitur ratione vterq; ac proinde qua ratione dicitur esse proximus infantiae qui agit annum v i i. non eadē dicitur proximus pubertati qui agit x v. vt tu a i s, nimirum quia iam pubes est non puberi proximus πρόσωπος non μελιτηρος sed puberi proximus est is qui agit x i i i i. puta si non plus semestri tempore à pubertate absit. quod cum aperte dicat d.l. non tantum, tu ita eludis, vt dicas ibi non determinari ætatem quæ prope pubertatem sit, sed casum ponи quo pupilli ætas prope pubertatem sit. Ludis non eludiſ, nam & hoc volumus, casum ponи, sed finitium non vnum e multis. Ludis plane aut si non ludis insanis cum ad hæc scribis ibi non agi de ætate proxima pubertati, sed de ætate quæ prope pubertatem sit, nisi vt te corrigas dicas etiam in l.4. §. quæ in tutore. De do. exc. quæ dolī capaceſt esse eum ait qui prope pubertatem est non agi de eo quern l. pupillum De reg. iu. proximum pubertati & dolī capaceſt esse ait. T. Liuius i i. propè puberem ætatem dixit. Eiusdem pollinis est quod ita cūſtituis, iuris auctores non ex mensu sex, sed ex annorum numero metiri ætatem pubertati proximam. Ex his iuris auctoribus vel vnum mihi demonstra, & dabo suram: nimis audax & temerarius es. Tu solus, vt ſæpe dixi, hodiē facis vt prouerbium quod de statione vefra iactatur, omnes iudicent esse verum. Vt ſubueniam tamen penuria tua libet addere dici posse quod ille etiam dixit in § pupillus. De inut. stip. sed minus propriè & pubertati proximum eum qui non tam proximè accedit ad pubertatem vt ei dumtaxat sex menses supersint, eodem modo quo Græcis μελιταις ὅπερι εἴη προνοτήσας τῆς τεκνικῆς & Seruio Honorato pubertati vicinus qui agit annum x i i i. sed non eo modo quo Marrucine tu eum a i s esse proximum pubertati qui agit annum x v. quod vel ſolum te damnat ad bestias.

AD CAP. XXXIII.



R e o scripſisti, Sed obiter, inquis, excusans factum, Valere legat in ex persona poffessoris si libero homini bona fide poffesso res ſuā legetur; Proinde idē statuisti in legato quod in stipulatione. nā & si liber homo bona fide poffellus ex re poffessoris vel ex ſuis operis.

rem suā stipulatus sit stipulatio valet & possessori obligatio adquiritur. liber homo. De stip.ser. Cōfudisti ergo legata cū stipulationibus, qui si ius tenuisses aliud statuisses in legatis aliud in stipulationibus. nā stipulationes vires accipiunt statim & ex præsenti vt ait l.vsisfructus. De stip.ser. & valent statim ex persona possessoris licet res stipulatoris fuerit. Legata ex futuro non ex præsenti vires accipiunt puta ex mortis testatoris tēpore nec valent statim ex persona possessoris si res legatarij fuerit. quā differentiā inter legata & stipulationes cōprobauit quāuis non opus esset, inquis, non opus tibi scilicet, & tacitus ac suspirans, inquis, vtinā non cōprobasset, hoc est nō detexisset stultitiam meā, cōprobauit tamen prolato alio exēplo de re peculiari vel de via legata seruo alieno ad fundū domini quod non valet & de stipulatione rei peculiaris aut viæ ad fundum domini. Aliud exēplum voco quod tu similitudinē. Vocatur ergo exēplum simile, aut alia similitudo. Atquin ea similitudine iuris auctores non vtūt, inquis, ergo hac posita iuris definitione quā certissima est, in stipulationibus spectari tempus quo cōtrahitur, in legatis tempus quo dies eorum cedit, non licebit ad eam iungere plura exempla similia aut tu ea non admittes nisi exhibeat tibi auctor aliquis qui ea coniunxerit. Non admittes, Paribus si paria iungantur omnia esse paria, nisi detur auctor qui hoc ita ad verbum scripserit. Marrucine, Nos qui gratia dabimus tibi auctorem Paulum qui in d.liber homo, cōparat liberum hominem bona fide possellum qui rem suam stipulatur seruo proprio qui rem peculiarem stipulatur, vtramque dicens consistere stipulationem & adquiri possessori vel domino, & eodem modo sicut seruo meo inutiliter legatur quod ei libero factō adquiri non posset & id tamen seruus meus utiliter stipulatur, ita dicimus libero homini bona fide possesso inutiliter legari quod ei adquiri non potest, & id tamen eum non inutiliter stipulari. Hæc sunt quā tu in lemme huius capititis aīs esse dissimilima, & in ipso contextu cur fint dissimilima ne verbo quidem vno demonstras, pulsas hoc tantum non patefacis, sed ostentas aliam similitudinem serui alieni bona fide possessi cum libero homine bona fide possesso, vt nos abducas ab spectione stultitiae tuæ.

Maior

Maior stultitia illa est, in l. qui bona §. generaliter De adq.
rer. do. quod ita Flor. scriptū habet, Quod autē nō ex re eius si-
bi adquirere non potest, ei adquisiturū cui bona fide seruit, id
cōprobare ex l. liber homo De stip.ser. quæ de eo loquitur non
quod non ex re possessoris, sed quod ex re possessoris, liber ho-
mo sibi adquirere non potest. nā si non ex re possessoris, dubio
procul inutilis stipulatio est quia neutri adquiri potest. Si ex re
possessoris stipulatio possessori adquiritur. Deniq; cōfirmat ea
lex vulgatā scripturā nō Flor. Atquin vulgata, inquis, est extra
omnem dubitationem quæ refert bonæ fidei possessori ex re
eius adquiri quod sibi liber homo adquirere non potest. De-
mus esse extra omnem dubitationem. ergo vulgata lectio reii-
cienda est. Falsa est sententia Florentinæ, Vulgatæ indubitata.
ergo Florentina potius quam vulgata amplectenda est. verum
enim nero, vulgata non est extra omnem dubitationem, Imò
iustissima dubitatio est, an quod mihi non possum alij adqui-
rere possim arg.l.6. §. pen. De adq. her. nulla autē dubitatio air
quod mihi possum & alij possim. Denique idem omnino in
d. l. liber homo quod in §. generaliter, verum in l. liber homo,
hoc modo. Quod ex re possessoris liber homo stipulando sibi
adquirere non potest, id eū adquirere possessori, sed è conuer-
so quod ex re possessoris ei adquirere non potest id eum ad-
quirere sibi. In §. generaliter retroducta ratione, Quod ex re
possessoris liber homo ei adquirere non potest id eū adquirere
sibi, sed è conuerso, Quod ex re possessoris sibi adquirere non
potest id eum adquirere possessori. quæ collatio utriusque
loci omnino confirmat vulgarem scripturam d. §. generaliter.

AD CAP. XXV.

TATRIS te scripsisse liberos libertorum sibi
inuicem ab intestato succedere patrono exclu-
so ex Constitutione Iustiniani de iure patro-
natus de qua in §. illud: De grad.cog. sed dicis te
non scripsisse id esse ex l. 4. C. de bo. lib. imò
quia scripsisti id esse ex Constitutione cuius fit mētio d. §. illud
quam ridiculè ex vetere iure repetitam esse ait: Ea vero Con-
stitutio est d. l. 4. a Domino luci restituta Obser. x x. nec a te

dūa reperta quæ sitore somnīculoſo. Addiſ te ſcripſiſſe id vi-
deri a Iuſtiniano repetitum aut verofimilius eſſe id a Iuſtinia-
no repetitum ex vetuſtiorē iure. Imo ſcripſisti id Iuſtinianum
ipſum adfirmare ſe repetere ex vetuſtiorē iure, quod eſt mani-
festō falſum. Tu nobis das alia verba quām dederis ante. Utare
prioribus. & falſi veniam petas potius quām te alio falſo impli-
ces alius purgandi cauſa. Adieciſti obiter, vt aīs, quam dictio-
nem in more tibi eſt uſurpare cūm erubefciſ dicere, falſo, Iu-
ſtinianum ſcripſiſſe illud quod dixerat ſe repetiſſe ex veteri
iure non aliter ſuum ſe facere quām alia multa quæ ipſo cum
& antea prodiſta fuiffent in meliorem conſonantiam reduxit.
quoniam intellexiſti probabile eſſe id Iuſtinianum ſuum fa-
cere hoc emplaſtro Marrucinus ſua vulnera glutinare ſolet,
hoc mantili quotidianaſ noxas extergere.

Post hæc in eo valde laboras ut probes iure veteri liberto
intestato mortuo ſine liberis fratre ſuperftite duos ſemifiles
fieri, & vnum dari fratri alterum patrono. Probas id primum
ex l. 2. §. vlt. De bon. lib. quæ liberti intestati partis tātum dimi-
diæ bon. poſſeſſionem dat filio patroni, quod nimium genera-
liter accipiſ. & ſi nullos libertus ſuperftites liberos reliquerit.
quoniam hoc caſu tota hereditas nedum dimidia pertinet ad
patronum vel filium patroni l. intestato. De ſuis & leg. her. Et
l. liberto. De bon. lib. quæ in primis patronum vocat, ergo ex-
cludit cognatos liberti. Imo, inquis, nō excludit, cum ſubiiciat
alios quoque vocari, ſed quod callide ſupprimiſ poſt patro-
num puta proximos patroni non cum patrono. Vox in primis,
demonſtrat primam eſſe cauſam, primum locum patroni pa-
tronæ in ſuſceſſione liberti intestato mortui ſine liberis. Ita-
que ad d. l. 2. §. vlt. aptandus eſt congruus propriuſque caſuſ
quo intestati liberti datur tātum patrono dimidiæ partis bon.
poſſeſſio, puta ſi libertus mortuus ſit ſine liberis naturalibus,
non tam ſine liberis nō naturalibus ſed relictu ſuta adoptiuo
filio vel yxore q̄ in manū cōuenit, quo caſu ex edicto Prætoris
patrono mediae tātū partis bonorū poſſeſſio datur Vnde legitimi-
mi. At ſi & ſine hiſ liberis, libertus intestatus vita deceſſerit, pa-
tron⁹ in aſſem vocatur iure veteri, & excludit fratre liberti, ho-
die ex Cōſtitutione Iuſtiniani de iure patronatuſ, ipſe à fratre
penitus

penitus excluditur ex qua cum negas te dixisse eum vocari in semissem, nimium impudens es. Dixisti enim propalam eum vocari in semissem cōcurrente cognato liberti ex d. §. illud. ergo ex ea Constitutione quæ sola proponitur in eo §. Id etiam Iustinianus non retulit ut mentiris, ex lege Papia, quia lex Papia pertinet tantum ad casum liberto existentium liberorum, non ad hunc casum de quo tractamus liberti defuncti sine liberis. quo sane patronus in assem ab intestato vocabatur exclusis liberti cognatis ante Constit. Iustiniani, testamento vero facto in semissem, qua de causa in §. postea, ille idem dixit pro intestatus esse legendum Testatus. nam & Theophilus speciem ponit in testato liberto quamvis propositio fuerit tam de intestato quam de testato. Iterum dico, ne tutibi improbe vindices auctoritatem Theophili quæ tibi penitus aduersatur, eum ponere libertum *in iustitia* hoc est testatum vita decepsisse relicto unico filio, & statuere patrono deberi semissem bonorum perinde atque sine ullo filio vita decepsisset. non addit intestatus, sed neque addit testatus, verum hoc *an* *non* repetendum est.

Verissimum etiam est quod idem ille, ut tu loqui soles, dixit in §. in primis. inst. de eo cui lib. caus. &c. esse legendum, Certe si testatus, non, certe si intestatus. alioquin idem frustra repertetur, atque ita Theophilum legisse negare non potes. & male argumentaris ex l. 2. De fid. lib. in qua ea verba non referuntur, sed quæ præcedunt, quæ sunt de intestato, hæc de testato, & ut videas si quid videre potis es aut ut potius videant alij stultitiam tuam, quantum sit discriminis ea in te inter testatum & intestatum & quo ore alios imperitissimos voces ut tute es, etiā alios temerè iudicans esse, qui non prospexerint nullum esse discriminem, præcedentia verba sunt de eo qui intestatus decadēs codicillis libertates dedit, in quo magis dubitabatur non adita hereditate ab intestato an locus esset Constitutioni D. Marci quia Constitutio de testato loquitur, In testato autem de quo sequentia sunt in institutionibus qui codicillis dedit libertatem, nemini dubium erat ut ait d. §. imprimis Constitutioni locum esse. Marrucinum prehendite orarij & summam quæ in eo est imperitia reiiciētem in alios proinde ac meretur

AD CAP. XXVI.



IDE F C O M M I S S V M . L. Titio relictum Cum ad xiii. annū peruererit Antonius Pius iudicauit non deberi antequam L. Titius complefset annum xiiii. l. non putabam De cond. & dem. l. si cui legetur. De leg. i. Obstatl. qui si hum §. vlti. Ad. Treb. in qua Antoninus Caracalla fideicommissum ita relictuna , Cum ad xx. annum peruererit pronuntiat deberi statim atque L. Titius ingressus fuerit annum x. Respondes ita iudicasse Antoninum æquitate rei motum. Debuisti addere ut in d. §. vlti. & verbis testamenti , si ad annum xx. ætatis. Hoc vero non est respondere. nam cur non etiam isdem verbis , & eadem æquitate motus est Antoninus Pius? hoc non explicas non respondes igitur , & si verum amamus in cognitionibus & decretis principum non semper querenda vna consonantia est. In causis sane delationū quibus fiscus augetur frustra ut in quæstione inuenti thesauri , quoniam aliis libet fisco suo fâuere aliis non libet. Vnusquisque fisci sui est moderator & arbiter. denique in causis fiscalibus varia sunt placita principum & animi varij. lege Obs. ix. & muta quodcumque olim de quæstione scripsisti inuenti thesauri, ne moueas risum legentibus. te §. thesauros De rer. diuis. pro tua libidine accipere de locis religiosis quæ priuati iuris sunt, & l. 3. §. pen. De iur. fis. de religiosis quæ nullius sunt, ac si non omnia loca religiosa perinde ac sacra nullius non sint, & non in iure semper eodem modo sacra & religiosa loca sumuntur. Nihil est tuis interpretationibus & distinctionibus insulfius, nihil tetrius.

His addis nihil referre Si ad annum xv. an: xiiii. vel x. vel xiiii. vel x v. peruererit, fideicommissum relinquatur.. quia infans nulla ratione regitur. at testatores qui sanæ mentis sunt exemplo nature quæ nihil frustra facit, nihil etiam frustra faciunt. Si fideicommissum ad annum xiiii. vel xii. spe-ctant

Et autem pubertatem ut l. si cui legetur De leg. i. l. Aurelius in pr. De lib. leg. & aliis plerisque locis, si ad xx. firmatam etatem ut d.l. qui filium. §. vlt. l. 4. De ser. exp. qua impetrari venia etatis solet, si ad xvii. plenam pubertatem, si ad xxv. legitimam etatem. Quid spectet qui ad xvi. non apparer. nec enim is annus viiius certae etatis est finis. quamobrem ut in l. thais §. libertatem & §. ab heredibus. De fid. lib. & l. Seius. Ad Treb. perspicuum est pro xv. esse legendum xiii. ita maxime motus d.l. si cui legetur. in qua relata Marcelli sententia quæ est in d. l. non putabam ponitur fuisse relictum legatum ad annum xiii. recte coniecit & in d.l. non putabam esse legendum xii. pro xvi.

AD CAP. XXVII.



IS DEM argumentis fretus etiam in l. Publius §. i. De cond. & dem. vult legi xiii. pro xvi. vel xv. ac præterea in eo emendat nō ut tu falso retulisti. Deinde filius xiii. anno impleto & heredes. &c. sed, Deinde filius xiii. annū agens defunctus sit an representetur fideicommissum, an xiii. anno impleto & heredes &c. altero an quod in vulgaris erat incongruo loco positum suo loco restituto. quo genere unam tantum quæstionem facit, utrum representetur fideicommissum statim atque filius vita decepsit quasi anno cepto habito pro completo si filius agens xiii. vita deceperit, an in eum diem sustinere fideicommissarius debeat, quo filius si viueret implexisset annum xiii. ne maturius fideicommissario præstetur fideicommissum quam ipsi filio si viueret à Septicia præstandum foret. ac ne prius id heredes Septitiae præstare cogantur quam Septitia ipsa, id est ante impletum xiii. annū. & hoc est verius. Tu Marrucine quod statuitur esse verius non fuisse opus in quæstionem deduci ait. Cares sensu communi. Et ab illo aliam quæstionem proponi. Cares sensu communi. Pars enim est altera unius quæstionis non alia quæstio. Et quid stultius etiam quam dicere alia quæstione priori decidi,

di, sed contortè. Quæstio quæstionē decidere nullo modo potest. Et omitti quod lex voluit, quid vero omitti? nihil omittitur aut doce quid omittatur. Quod autem ita vulgo in ea lege scriptū est, An repræsentetur fideicōmissum x i v. anno impletō, verissimum est nullum sensum efficere nisi hunc, an scilicet repræsentetur fideicommissum finito tempore intra quod repræsentare potuit. quæ quæstio stultissima est. Et rursus quod est verissimum hoc queri in eo §. repræsentari fideicommissum debeat an restitui finito demum x i v anno, Id vulgata scriptura non exprimit nisi quod habuit alterum, An, reponas quo loco ille reponendum esse docuit. Quod si responso supradictè legis quo negatur fideicommissum peti posse ante annū x i i i i. obiiciatur l. à filia. §. alumna Ad Treb. dicendum in ea lege purum fuisse legatum certæ pecuniæ quod alumno relictum est sub onere restituendæ eiusdem pecuniæ quandocunque sine liberis vita decederet, & ideo moriente eo sine liberis si statim. petatur fideicommissum non potest dici maturius peti quam id voluerit testator ad alumnum peruenire cui eam pecuniam pure legauit ita tamen ut eam Sempronius susciperet & vsuras ei certas in annum usque xx. etatis præstaret ut l. à filio. De ann. leg. At in specie l. Publius condicionale fuit fideicommissum quod filio relictum est cum erat annorum x i i i. & ideo moriente eo ante impletum annum x i i i. substitutis eius maturius non præstatur fideicommissum quād id ipsi filio præstari testator voluerit. & breuiter hanc solam habet rationem discri- men quod inter eas leges esse videtur, quod in l. à filio pure relictū est legatum ei cui substituti dati sunt, in l. Publius sub cōditione & in diem, non etiā quod in l. Publius Septicīa, à qua sub condicione fideicommissum relictum est fuerit le- gataria, in l. à filio Sempronius fuerit minister præ- standi legati, quia nec potuit huiusc rei esse minister legato ab herede pure relicto, sed sūperator fuit apud quem pecuniam legatam testator collocari voluit donec ad x x. annum lega- tarius perueniret.



N 1.8. De verb. ob. hæc verba, Ad cōdicionem inuenisti apud Calepinum sic posse accipi, quārum ad condicionem, vel ut tibi loqui in amotibus est, quo ad condicionem, quo genere si quō vices loqueris tot fustium iectus pro eo ac merereris exciperes, tua pelle nulla esset fædior. nec loci tamē quos ille tibi suppeditauit eam interpretationē admittunt. nā ad coniecturam alieni sensus non ad suum iudicium scribere est scribere ut alium velle & sentire coniicimus non ut nostrum iudicium fert, & ad meū sensum, ut ego sentio, ad sincerum & subtile iudicium tuum, ut tu syncere subtiliterque iudicas, ad speciem ut præ se fert rei species prima, ad sensum cogitationemque ut homines sentiunt & cogitat, & similiter in Paradoxis, Ad vulgi opinionem, ad tuam, ad meam, id est, ut vulgus opinatur, ut ego, ut tu, ut vulgi opinio fert ut tua, ut mea, & alio loco, ad priuatum dolorem, ad Reipublicæ rationem, ut ferebat priuatus dolor, ut Reip. ratio, & in Lucullo, ad id quod agitur nihil interest, id est nihil pertinet ad rē. Et Paulus quoque auctor d. 1.8. non solet Ad usurpare pro Quod ad. Sic igitur scripsit *dia expletay*, Et licet a.d. cōdicionem committi videatur. Nihil vero referre vñquā Dominus arbitratus est legeretur condicio an condicionem. Rationem autem qua tu ostendis d. 1.8. nō obstat l. 10. non potes negare te subornasse ex ea quam reddidit ille atque adeo ne eadem videretur maluisti eam tuis infuscare verbis quam iisdem quibus ille facere perspicuam. nempe stipulationem ita conceptam, si Kalendis Stichum non dederis x. dari, esse sub condicione & in diem. quia Stichus in præstatione siue solutione est dilata in diem promissoris gratia Conceptam autem hoc modo, ut in l. 10. si Titius ante Kal. Maias in Italiā non venerit x. dari, esse sub condicione non in diem. quia non id agitur ut Titius veniat in Italiā vtū id promissor præstet. denique Titij aduentio in Italiā in præstatione non est, dies appositus non est obligatione vel solutioni sed condicione, quo sit ut illa non committatur ante diem licet commissa condicio fuerit morte Stichi, hæc

X commit

committatur statim atque condicio commissa fuerit morte.
Titij,nec sit necesse expectare Kal.Maias.

AD CAP. XXX.

ARRVCINE, Ante Kal.Ian. die x. Ante diem x. Kalendarum Ian. non negas vtroque sermone significari x.Kal.Ian. Ante Kal.Ian. die IIII. & Ante diem IIII. Kalendarum Ian. vtroque significari III. Kal.Ian. Et tamen negas Post diem x. vel IIII. Kal.Ian. & post Kalendas Ian.die x.vel III. vtroque sermone significari IIII. Id.vel III. Non.Ian.sed posteriori tantum,priori autem x. vel IIII. Kal.Ian.Ergo vis nihil referre dicamus antediem x.an post diem x.Kal.Ian.nihil referre ante IIII. an post IIII. Kal.Ian.nihil referre dicamus ante an post quod esse absurdissimum quis nō videt;nā & si vtroque sermone dies x. vel IIII. significetur non xI. vel IIII.I.III. De ver.sig.non idem dies tamen significatur, sed uno x.vel IIII. antē Kal.altero x.vel IIII. post Kal. Nec potes effugere quin vt dies XXX. Decembbris significatur siue dixeris Ante Kal.Ian. die IIII. siue ante diem IIII. Kal. Januarium,Ita & quemadmodum hoc sermone Post Kal.Ian.die IIII. dies IIII. Ianuarij significatur,idem significetur & illo, post diē IIII. Kal.Ian.sicut Græcis μετὰ τρίων μετρῶν τηνάλαρβον i. tertio die post Kal. & inscitè igitur reprehendis Dominum qui hoc dixit,simul atque Ant.Augustinum virum nunquam laudatum satis qui diem IIII. Non.Ian. siue Ante diem IIII. Non.Ian. sic etiam recte exprimi censuit, Post diem IIII. Kal. Ianuar. Vale Marrucine. Quoad potui adminiculaui insciam tuam, quam prudenter feceris si confiteare.

Confessio enim inscitiae summa prudentia est.

Quod si non feceris non deerrit peregrinus quidam qui suo exoticō sermone grauiorem tibi infestat dicam.

E I N I S.

L O C O R V M C O D I C I S E T
 Pandectarum discussorum
 Elenchus.

<i>I. 2. & 3. C. de ind. vid. tol.</i>	<i>5. 7</i>	<i>sed & si à filio. de diu. temp.</i>
<i>I. adigere. §. vlt. de iure pas.</i>	<i>6</i>	<i>præf.</i>
<i>I. 62. §. vlt. de cond. & dem.</i>	<i>9</i>	<i>I. si seruus. de usuc.</i>
<i>I. 14. de leg. 3.</i>	<i>10</i>	<i>I. vlt. C. de his qui sibi adf. ibid.</i>
<i>I. 22. de cond. & dem.</i>	<i>ibid.</i>	<i>I. Titio C. de leg. 2.</i>
<i>I. 72. §. rescriptum eod. tit.</i>	<i>11</i>	<i>I. 4. de adop. & I. vlt. C. de vin.</i>
<i>I. si sterilis. §. quamuis. de act.</i>		<i>I. man.</i>
<i>emp.</i>		<i>I. 13. de iurisd.</i>
<i>I. lices. de usufruct. leg.</i>	<i>12</i>	<i>I. 13. de off. proc.</i>
<i>I. 5. quibus mod. usus fr. amit.</i>	<i>13</i>	<i>I. qui vas. §. ancilla si subripia-</i>
<i>I. 29. de statulib.</i>	<i>14</i>	<i>tur. de fur.</i>
<i>I. 4. §. i. ad Treb.</i>	<i>15</i>	<i>I. 7. §. si vir. sol. mat.</i>
<i>I. 20. de act. emp.</i>	<i>19</i>	<i>I. 4. §. si quis nō tutor. de do. exc.</i>
<i>I. libero de annuis leg.</i>	<i>20</i>	<i>I. sancimus. §. vlt. C. de don.</i>
<i>I. item si pretio. §. 1. & §. cum</i>		<i>I. 11. §. si non sortem. de pig. aet.</i>
<i>insulam.</i>	<i>23. 24</i>	<i>I. lecta. si cer. pet. & I. 137. §. Seia.</i>
<i>I. 21. loc.</i>	<i>24</i>	<i>de verb. oblig. & I. 27. de reg.</i>
<i>I. 3. C. de rest. in int.</i>	<i>28</i>	<i>iur.</i>
<i>I. cum in una. §. vlt. de app.</i>	<i>29</i>	<i>I. capitalium. §. diuus. de pæn.</i>
<i>I. cum quadā. C. de adm. sut. ibid.</i>		<i>I. 34. de obl. & act.</i>
<i>I. nam postea. §. si minor. de iu-</i>		<i>I. 41. §. i. eod.</i>
<i>rejur.</i>	<i>30</i>	<i>I. nomen. de verb. sig.</i>
<i>I. puberes. de verb. oblig.</i>	<i>ibid.</i>	<i>I. vinum. de reb. credit. I. pen. &</i>
	<i>& 43</i>	<i>vlt. de cond. trit.</i>
<i>I. 3. de reg. Cat.</i>	<i>37</i>	<i>I. 4. §. i. de eo quod cer. lo.</i>
<i>I. circa. C. de loc.</i>	<i>33</i>	<i>I. 7. sol. mat.</i>
<i>I. 79. de reg. iur.</i>	<i>34</i>	<i>I. 2. C. de ref. vend.</i>
<i>I. interdura de verb. oblig.</i>	<i>41</i>	<i>I. Titia. §. qui inuita. de leg. 2.</i>
<i>I. 3. de off. præt.</i>	<i>42</i>	<i>I. si certarum. §. si eodem. de mil.</i>
<i>I. si seruus. de adq. pos.</i>	<i>& I. pen. §.</i>	<i>sest.</i>
		<i>102</i>

<i>l. 6. §. vlt. de her. inst.</i>	104	<i>l. si mulier. §. si metu' coactus.</i>
<i>l. 27. de adq. her.</i>	105	<i>quod met. caus.</i> 131
<i>l. 6. §. vlt. de her. inst. I</i>	ibid.	<i>l. 3. §. vlt. pro socio.</i> ibid.
<i>l. 8. de lib. & post.</i>	ibid.	<i>l. in causa. 2. §. I. de minor. l. &</i>
<i>l. hac actio. sol. mat.</i>	107	<i>eleganter. §. I. de dolo.</i> ibid.
<i>l. cum Stichus. de sol.</i>	109	<i>l. frater. de cond. ind.</i> 134
<i>l. 2. de bon. eor. qui ante sent.</i>	110	<i>l. I. Cod. Greg. si sub alt. no. res</i>
<i>l. libertus. §. in questionibus. ad</i>		<i>emp. erit.</i> 137
<i>munic.</i>	111	<i>l. 12. de bon. lib.</i> 140
<i>J. I. C. de tab. exhib.</i>	113	<i>l. 47. eod.</i> 141
<i>l. II. §. Aristo. quod vi aut clā. ib.</i>		<i>l. 42. eod.</i> ibid.
<i>l. pro emptore. §. si à furioso. pro</i>		<i>l. 40. de leg. I.</i> 142
<i>emp.</i>	116	<i>l. 2. sol. mat.</i> 151
<i>l. cum par. de reg. iur.</i>	117	<i>l. 27. §. quotiens. ad Treb.</i> 153
<i>l. itaque. §. I. de fur & l. qui vas.</i>		<i>l. I. §. si quis ex nepotibus. de</i>
<i>§. si ego. eod. & l. eum qui. §.</i>		<i>coniung. cum em. lib. & l. uni-</i>
<i>an pater. eod.</i>	118	<i>ca. C. quan. non pet. par.</i> 156
<i>l. vlt. de vfur & vsucap.</i>	121	<i>l. 25. §. I. quand. dies leg.</i> 157
<i>l. 5. §. I. & §. si quis riuos. de nou.</i>		<i>l. 14. §. is qui precario. de fur.</i>
<i>op. nun.</i>	124	159
<i>l. I. eod.</i>	125	<i>l. non tantum. de exc. tut.</i> 160
<i>l. 2. eod.</i>	ibid.	<i>l. qui bona. §. generaliter. de adq.</i>
<i>l. si seruns. §. I. de leg. I.</i>	127	<i>rer. dom.</i> 163
<i>l. Julianus. §. per contrarium. de</i>		<i>l. liber homo. de stip. ser.</i> ibid.
<i>act. emp.</i>	129	<i>l. 4. C. de bon. lib.</i> ibid.
<i>l. si res estimata. §. I. de iur. dot.</i>		<i>l. non putabam. de cond. & dem.</i>
<i>130</i>		<i>l. si cui legetur. de leg. 2.</i> 166
<i>l. II. §. si quis virginem. de act.</i>		<i>l. Publius. §. I. de cond. & dem.</i>
<i>emp.</i>	ibid.	167
<i>l. si dolo. C. de refc. vend.</i>	ibid.	<i>l. 8. de verb. oblig.</i> 169



Errata operarum.

Pag.3.ver.17.tantum.4.2.destrictè.4.9.cis 10.6.ver.vltno , cum.9.19. comprehendì.10.17.statim.10. 23.eundem.10.31. fi.13.ver.ac si diceres plane.20.7.frequentius id est.22.31.operā.24.1 qui init.27. 21.venditorem actione ex vendito.29.9.De rit.nup.29. II. colligi 14.caedimus.31. 10.sies niue.34.17.78.78.35.31.βασιλικῶν.39.20.virum.42.31.modium iniquum per se modium.43.14.Misi.43.17.astu.48.14.video.49.33.Cxfaris.50.10.ἀγέμων.52.16.Et quæ.53.10.pedis.55.9.deiecerit.58.9.§.si in.58. 18.λευκόγενον.62.13.quidem.63.25.βασιλικῶν.71.29.uis.73.27.ἀπάτωρ.75. 9.Postimum.75.23.sit.27.Item 77.12.Et quod.80.29.vel cur.83.15.repo- nelibros pro titulos.86.22.sperare 92.29.statim.93.33.ἀδώλων.94.34. Stulte 95.16.vtrique.96.5.τὸ περιαττέρον 18.dimidio.24. & 27.dimidiū. 97.19.χρήσις.100.10.habet id est.102.21.ἀμίσως.103.19.Imo & solam.104. 30.possic.106.12.ἐξύνθημα.106.34.substituto.108. 17.certo.111.30.præbet. 112.23.addere.116.ver.vltno , dixit.118. 5.ἴγκαλην.119.2.commodatæ 120.24.His addis.121.6.addis te.124.5.nuntiationem.15.Apage.125.30. Remittitur.135.24.nobis ad quir.136.4.nonus.137. 31.possessorem.140. 18.ἐρθεχθεντον.141.31.paternorum.145.32.quærit.148.7.gravis, Deus. 149.27.demersum.150.33.tui collegæ.151.12.nisi ita conuenerit.155.9.re- stitutionem.156.2.inquis. 158.ver.pen.quam lex aliqua non fecerit.161 17.constitui.27.τρόπον τρόπον 162.15.vocatur.167. II. XIII. & ver. vltimo,priorem.168.7.præsentari.Præter superiora,corrigere etiam pa. 30.desideraretur,desiderari.& pag.37.desiderauit.

Item pag.60.repone indice pro iudice.& 141.index.& 72.108. II.4. in- dicium.

Item minuscula litera reposita in vicem maiusculæ corrigere 43. & 51. tribus locis,domino. & 93.125.dominum.& 136.domini,inuenies & alibi quâdoque pro i.&c.& f minuscula expressam maiusculam,& contra,quod vel sensus attento tibi suggeret statim. Inuenies etiam quandoque defixa puncta vbi nulla defigenda erant, & contra, quod per te ipsum etiam cognosces statim & emendabis. Inuenies & alia quædam errata leuiora, ut turqueantur pro torqueantur, & cotraxerit pro contraxerit & his similia,quorum te admonere superuacuum esse arbitrai sumus.



